



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.  
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate  
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In  
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

**LePrévost, Jean**

**Dvaci, 1629**

Qvæstio II. De excommunicatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

Nauar.  
Henrig.  
sa.  
Suarez.

confessi potest, ut tenent plures. Nauarr. cap. 26. nu. 12. Henriquez lib. 13. cap. 29. nu. 4. Sa verbo *absolutio ab excommunicatione* num. 2. Suarez disp. 7. sect. 8. num. 8. vt, te absolu ab excommunicatione, si cras restitueris. ratio est quod natura absolutionis in genere id patiatur, & in praesenti materia non sit vila repugnantia, vel vllum ius contrarium, non tamen expedit communiter hoc modo absolutionem impendere, si enim subiectum dignum est, conditio non est adhibenda; si vero sit indignum, absolutione non debet impendi. vnde hic modus saepe erit illicitus.

Sæpius tamen potest impendi absolutione ad cautelam, vt si dubitetur de censurâ, vel eius valore, vel si agnatur aliquid, quod propter censuram forte redderetur iritum. qualis absolutione dari solet à Pontifice ad valorem acceptationis beneficij, vel priuilegij &c.

Potest dari etiam absolutione ad reincidentiam, nam potest aliquis absolu in ordine ad certum actum, & tempus, quo transacta censura vim suam sortiatur, vt si in iudicio non possit commode haberi alius testis, quâm excommunicatus, is potest absolu à iudice Ecclesiastico ad testimonium dicendum. eodem modo absoluatur aliquis à Pontifice, vt valida sit collatio beneficij. ad quem esse etum particularum non videtur Episcopus posse absoluere. Potest etiam dari absolutione indefinite quoad tempus, & actus: sub aliquo tamen onere, quo non impleto censura reuiuiscat. hoc modo in articulo mortis inferioris absoluere cum onere se presentandi superiori, cui censura aliâs erat reseruata, quod de excommunicatione statuitur cap. eos qui de sententiâ excommunicationis, in 6. similis autem videtur esse ratio aliarum censurarum. vbi

Aduerte id non habere locum, quando censura non est reseruata, vt patet tum ex cap. cit. tum ex dictis, nagi quis potens absoluere à mortali, potest eam tollere etiam extra casus necessitatis sine villo recurso ad superiori. 2. oneri se se repræsentandi sufficienter potest satisficer se sisteendo per procuratorem, nec est necesse ut is, qui fuit absoluatus, adest superiori. 3. cap. cit. idem onus relinquitur, quando quis propter aliud legitimum impedimentum temporaliter fuit absoluere ab eo, qui aliâs non poterat absoluere, v.g. ab Episcopo in censuris Papæ reseruatis, vel à simplici sacerdote. Quando datur absolutione sub onere ad reincidentiam dubitatur an noua culpa requiratur, vt quis reincidat: constat requiri in casibus capituli, eos qui dubium potissimum est de absolutione hoc modo datâ; absolutione te ab excommunicatione, in quam reincides, nisi intra mensem restitueris. dubium, in quam est, an vt quis reincidat, requiratur, vt peccet de nouo, non restituendo, aliqui probabiliter censent requiri in foro interiori, quia nisi sufficienter constet de contratio, absoluens videtur apponere terminum, vt alius illum culpabiliter non negligat sine reincidentia. aliqui tamen non improbabiliter contrarium sentiunt, scilicet nisi contrarium ex modo absolutionis colligatur, reincidere sine nouâ culpâ, virtute praecedentis culpa, & contumacia.

Petet, an quando aliquis incurrit censuram, eo quod alteri damnum intulerit, valida sit absolutione impensa, non praetita satisfactione parti? Resp. 1. est validam, si detur ab habente iurisdictionem ordinariam, quamvis absoluens interdum illicite faciat. Resp. 2. similiter valere datam ab habente iurisdictionem delegata, si in eius delegatione nulla adhibeatur limitatio, quamvis peccet absoluens,

si impendat ei qui poterat reipila satisfacere, & non satisfecit, tenet Suarez disp. 7. sect. 5. nu. 43. Aula 1. p. cap. 7. disp. 3. dub. 9. coh. 1. 2. im. 8. vt idem, videtur *valere*, licet in priuilegio addatur, *satisfacta pars*, quia huiusmodi clausula, qua censetur iure inesse, non inducit formam, licet exprimatur à Pontifice, pro qua sententia plures citat. Resp. 3. quando protestas delegati restringitur, vt non absoluat nisi *satisfacta pars*, nō valebit *absolutio*, si reus poterat commode satisfacere, & non premisit reipila satisfactionem, quod si non potuerit premittere satisfactionem, vel non nisi cum notabili detramento, protest absoluui dato pignore vel fideiis ore, quod si ne quidem id possit, potest absoluui præmisso iuramento de satisfaciendo, cum fuerit opportunita, ita varij authores, videri potest Suarez sect. cit. Valquez dub. 20. de excommunicatione nu. 2. & seq. vbi

Aduerte absolutione ante realem satisfactionem reincidere in excommunicationem, si postmodum non satisfaciat quando commode potest, vt patet cap. eos qui, cit. multi tamen contrarium sentiunt.

Quod dicitur de reali satisfactione parti exhibenda ante absolutionem, quando commode fieri potest, intelligendum est, si certò constet de obligatione, si enim ea sit dubia, sufficit cautio, vel iuramentum. Addit quod etiam, quando debitum est certum, aliquis censetur satisfacere, ita ut possit absoluui, si tradat pecuniam confessario, vt restituat, vel deponat tuto loco, si pars valde distet. Porro passim notant Doctores quod nomine parti in huiusmodi formulis concessionem non intelligunt iudex, vel tabellio &c. sed is, qui contendit, & communi viu dicitur creditor, vel damnum passus.

Ex his patet quando possit absoluere ante realem satisfactionem is, qui in Iubileto habet potestat absoluendi satisfactione parti.

Pro complemento dubij notandum, vt quis absoluatur ab excommunicatione, quam incurrit propter grauiam criminis, debet iurare se obtemperatum mandatis Ecclesiæ.

## Q V A E S T I O II.

### De excommunicatione.

**E** X COMMUNICATIONEM plura habere communia, cum alijs censuris sati patet ex dictis, quæ non sunt fusi repetenda, sed breuiter indicanda, etiam vt cumque reliquo ordine disciplinæ, vt postmodum ad ea, quæ sunt ei propria, veniamus.

## D U B I V M I.

### Quid sit excommunicatione?

R

esp. breuiter cum Suarez disp. 8. sect. 1. ex-

communicationem, hoc modo describi posse,

quod sit censura,

per quam aliquis ab Ecclesiastica

communione fidelium separatur, per censuram,

quæ est genus excommunicationis, ab ea excluduntur,

quæcumque excluduntur à censurâ in communione, dicitur indefinite, Ecclesiastica communio, vt etiam

comprehendatur excommunicatione minor, quæ non

excludit, & separat ab omni communione, vt patet

ex cap. si quem de sententiâ excommunicationis,

quo capitulo patet excommunicationem diuidi in

maiorem, & minorem.

Maior, est censura, per quam aliquis priuatur

Sacramentis Ecclesiæ, suffragijs, & coniunctu ciuili,

etiam quæ

feu omni exteriori communione fidelium.

Minor est, quæ solûm separat à communione

Quid

Sacramentorum, vt patet ex cap. cit. hinc patet ma-

iorum

iorem excommunicationem habere onnes efficiens minoris, non vero est contrario.

Priuat vero excommunicationis illis ut sunt quedam bona fidelium, per quam rationem distinguitur a ceteris censuris, ut notauimus q. precedente dub. 3.

Per excommunicationem solitariè sumptam intelligitur maior, ut patet ex cap. cit. & notauimus dub. 11. questionis precedentis, & in re tantum valet, quantum anathema, quamvis pro anathemate ponatur peculiaris solemnitas, canone, debent, 11. q. 3.

## D V B I V M II.

Quinam possint excommunicare, qui excommunicari, & quam ob causam?

**B**REVITER dico 1. eos omnes posse excommunicare, qui habent iurisdictionem in foro exteriori non impeditam, vbi

Aduerte ex Trid. s. 25. cap. 3. de reformatione, excommunicationes, quæ monitionibus præmissis ad finem revelationis, aut pro rebus perditis seu subtrahitis ferri solent, à nemine profluis, præterquam ab Episcopo decernendas, idque propter rem non vulgarem & causam per eum maturè examinatam; quibus verbis non excluduntur Vicarij Generales Episcoporum, quorum tribunal censetur idem cum tribunal Episcopi, nec excluditur Capitulum sede vacante, sed solum inferioris iudicis, v. g. Archidiaconi, quibus interdum competit potestas ferendi censuras. Vnde nec excluditur Abbas habens in sacerdotes Episcopalem iurisdictionem. quia talis in ijs, quæ sunt iurisdictionis, solet venire nomine Episcopi, nisi contrarium in aliquo particulari decreto colligatur ex textu.

Aduerte etiam quod licet non repugnet minorem excommunicationem ferri ab homine, id tamen non sit in vnu, sed solum feratur à iure propter communicationem cum excommunicato, majori excommunicatione in casibus non permisiss, vt colligi potest ex cap. statutis, de sententiæ excommunicationis, in 6. Dico, majori excommunicatione, quia propter communicationem, cum excommunicato minori excommunicatione etiam nominatim denuntiato, nulla censura incurritur, cum id nullo iure statuatur.

Ex quo cap. possunt explicari quædam antiqua iura, quibus significatur communicantem incurre similem excommunicationem cum excommunicatione eius, cui communicat. explicari, inquam, possunt, non quod velint incurre similem in gravitate, vel specie, sed solum quod vere excommunicantur, licet quādam inferiori excommunicatione.

Dico 2. eos omnes posse excommunicari, qui habent superiorum Ecclesiasticum in foro externo. patet ex dictis questione precedentibus, dub. 5. vbi

Aduerte cap. Romana, de sententiæ excommunicationis, in 6. prohiberi ne feratur sententia excommunicationis in Vniuersitatem, vel Collegium, vt scilicet evitetur periculum animalium, quod inde sequi posset, cum possent videri interdum irretiri innocentes.

Quæritur vero, an ita prohibeatur, ut si feratur, sit nulla? negat Glossa in capitulum cit. existimans huiusmodi sententiam validam, quod etiam tenet quidam alij, alij vero afferunt esse nullam.

Notandum sententiam excommunicationis ita posse ferri in communiam, ut primò censetur afficere ipsam communiam, quatenus est unum corpus politicum, singulos vero non nisi mediata, & ut dicunt ordinem ad alios eiusdem communia-

tatis. 2. ut singuli immediatè afficiantur censuram. Resolutio priori modo latè non solum est iniusta, sed etiam inutilia, quia excommunicationis non potest quemquam astingere, nisi recipiat nocens, vel saltem iuridicè probetur nocens; altingeret autem si posset ferri validè in ipsum corpus, quia si ferretur in corpus, omnes de corpore eam ligarentur, cùm tamē possit contingere, ut non omnes sint nocentes, neque probato quod ipsum corpus sit nocens, sufficienter probetur singulos esse nocentes. 2. si validè ferri posset in corpus, eam teneretur, quisquis post sententiam latè fieret de illo corpore, quod est absurdum, cùm talis nullo modo peccauerit, vt suppono. Si vero feratur. 2. modo potest esse valida, si singuli cognoscantur culpabiles, vel si feratur terminis generalibus: excommunicationis omnes culpabiles illius communiam in tali, vel tali facto, quia ex eo modo ferendi censuram non sequitur maius periculum animalium quam quando excommunicationis feritur per sententiam generalem.

Dico 3. causa, propter quam incurritur maior excommunicationis, est solum peccatum mortale extermi, saltem contumacia, quæ sit mortalitatis. patet ex dictis q. precedentibus dub. 6. & 7. patet etiam ex dicendis de eius effectibus, ex quibus constabit esse penam gravissimam, per quam aliquis fiat tamquam ethnici, & publicanus, quæ penam proinde infligi non possit nisi propter gravem culpam. dixi, saltem contumacia, quæ sit mortalitatis; quia, ut patet ex dictis dub. 7. non semper requiritur, ut ipsum peccatum præteritum, ratione cuius fertur excommunicationis, scilicet sumptum sit mortale, sed sufficit, ut ipsa inobedientia, quæ compleat causam excommunicationis, sit mortalitatis.

Ex his patet legem, quæ aliquid præcipit, vel prohibet sub penam excommunicationis latè sententia, grauiter obligare, seu sub mortali ad suu obseruationem.

Cotrouertitur vero an obliget sub mortali, quod præcipit, vel prohibet sub penam excommunicationis ferenda a iudice, aliqui censent non aptè colligi ex eo cap. obligare sub mortali, si requiratur prævia monitio, secus verò, si non requiratur. Sed dub. 12. q. precedentis censuimus semper requiri prævia monitione, quantumvis in iure decernatur, ut propter aliquod crimen feratur excommunicationis, quo etiam positio dico verius videri huiusmodi legem obligare sub mortali, nisi planè confit de contrario, ita varijs quos citat, & sequitur Suarez disp. 18. sect. 3. num. 20. quia etiam eo easu excommunicationis præterit propter transgressionem legis, & non propter contumaciam completem cauam, ergo ipsa lex debet sub mortali obligare. Confir. lex præcipit iudici, ut pro tali transgressione ferat excommunicationem: vt autem hoc præceptum sit iustum, debet supponere sufficientem causam, propter quam feratur excommunicationis.

Nec repugnant varia iura, quibus videtur præcipi, ut feratur excommunicationis propter aliquam, que non videntur excedere limites peccati venialis seposita contumacia, quæ quis non patet iudicii momenti, quamvis enim res, quæ præcipitur, vel prohibetur, interdum videatur secundum se leuis; spatio tamen fine præcipientis, qui gravis est, & ad quem potest grauiter conduceret id quod præcipitur, vel prohibetur, non est dicenda leuis.

Notandum quod licet causa sufficiens, propter quam ferri possit maior excommunicationis, sit peccatum mortale externum; non tamen propter ipsius mortale quodlibet prudenter ferri possit, quod satis indicat prudenter ferri potest.

excommunicatio.  
Tridens.

II.

Consil. 4.  
Cap. Nu-  
per.  
Cap. fratu-  
mus.

12.

Petitio.

13.

Petitio.

Resp.

14.

Cap. à no-  
bus.  
Cap. si que.

15.

Difficultas.

16.

Prima sen-  
tent.  
Sot.  
Conarr.  
Anila.  
Toler.  
Secunda  
Sylva.  
Vasq.

Trid. cap. 3. cit. quia facile contemneretur; sibi ergo, & magna circumspectione ferenda est, & non nisi deficitibus alijs medijs. vt Trid. loco cit. Unde non est eo medio vtendum, quando executio realis, vel personalis fieri potest, vel suppetit alia ratio damni auertendi. vt si persona, quæ furtum commisit, possit conueniri coram iudice seculari, qui paratus est ius dicere, vel si possit haberi pignus.

Dico 4. excommunicatio minor incurri potest etiam propter peccatum veniale. patet ex cap. 4. per. de sententia excommunicationis, & cap. statutum, eodem titulo, in 6. ex quibus patet posse incurri minorem excommunicationem propter colloquium cum excommunicato, item propter salutationem &c.

Aduerte quod licet sufficiat peccatum veniale ex parte materie ad incurri etiam minorem excommunicationem; non videatur tamen sufficiere veniale ex defectu perfecti usus rationis; quia pena non videtur infligi, nisi propter actum, qui quantum ex se est, & ex modo quo sit, sufficit ad mortale constitendum: atque adeo solam intelligentiam infligi propter actum malum prouenientem ex perfecto usu rationis.

Potes, quomodo tam gravis pena infligi possit pro culpa veniali, cum non videatur uslo modo proportionata?

Resp. licet in se videatur magna, quia tamen refrigescere charitate non tanti sit separatio à Sacramentis, potest conferi lenis pena, & culpa leui proportionata, presertim cum ex iure dispositione facile tolli possit, quamvis aliquis in particulari possit illam censere grauem.

## D V B I V M III.

## De effectibus minoris excommunicationis.

EXCOMMUNICATIO minor, vt patet ex cap. 4. nos, de exceptionibus, cap. vlt. de clero excommunicato &c. ministrante, cap. si quem; de sententia excommunicationis, hominem removet a perceptione Sacramentorum, ita vt, per se loquendo, irretitus minori excommunicatione recipiens aliquod Sacramentum, antequam ab ea absolvatur, peccat mortaliter: quia contravenit præcepto Ecclesiastico in re gravi. vnde non potest recipere Eucharistiam, Confirmationem, Ordinationem &c. nullam tamen propter huiusmodi peccatum incurritur irregularitas, vt patet ex cap. vltimo cit.

Controvergia est nū removetur ab administratione Sacramentorum, ita vt peccat præcisè ex eo capite quod Sacramenta ministrant, quantumvis simul non recipiat. Difficultatem parvum iura, quæ sibi in iure videatur repugnare. nam cap. vltimo cit. dicitur: *Peccat autem Ecclesiastica Sacramenta conferendo: ibidem tamen dicitur irretitum minori excommunicatione non videri removit a collatione, sed a participatione Sacramentorum, quæ in solle consitit perceptione, & cap. à nobis, cit. dicitur tantum à Sacramentorum participatione removit. videri etiam potest cap. si quem, citatum.*

Tres sunt hac de re sententiae: prima censet eum peccare venialiter. ita Sotus disp. 22. q. 2. att. 3. in principio, Conarr. in capitulum *alma mater* parte 1. §. 8. num. 2. Anila 2. p. cap. 6. disp. 12. ddb. 3. in 3. sententia. Toletus lib. 1. cap. 17.

Secunda afferit peccare mortaliter. Sylva verbo excommunicatione 4. nu. 1. Valsquez dub. 1. de excommunicatione num. 5.

Tertia negat uslo modo peccare ex eo capite. Tota Nauar. cap. 27. nu. 24. Suarez disp. 24. feft. 2. nu. 5. & alij. quæ sententia videtur anterior. & quidem per sententia videtur minus solidè dicere peccare venialiter. quia peccatum veniale non potest colligi ex sola rei natura, cùm deposita lege positum prohibeant administrationem Sacramentorum, cui interdictus est uslo, & perceptio eiusdem non possit uslo modo ostendit erat, qui non potest licet recipere Sacramentum, non posse licet illud ministrare. Confr. illæ actiones ita sunt disparata, ut administratione non necessariò respiciat receptionem eius, qui ministrat; ergo ex eo quod recipio sit alieni prohibita, non sequitur administrationem esse illam etiam venialiter illicitam. quod si dicatur esse prohibit administrationem lege positum canonica, minus solidè dicitur solam esse veniale peccatum ministrare Sacramentum, cùm huiusmodi administratione sit res gratis. Confr. omnium consensu ministrare Sacramentum in maiori excommunicatione, per se loquendo, est mortale, quia scilicet obiectum legis prohibentis est gravis, si ergo idem prohibeat irretito minori excommunicatione, is ministrando mortaliter peccabit, hoc primum. Probatur eadem sententia in genere, non videtur posse sufficienter colligi exire irretitum minori excommunicatione non posse Sacramenta ministrare, ergo non est dicendum præcisè ex eo capite illum peccare, consequentia probatur, hoc vel illud non posse facere ratione censura, non oritur ex iure naturæ, vel diuino, vt in sequentibus ostendimus, sed ex iure positivo humano, constitutuente, licet, vt per illam, vel illam censuram hæc, vel illa prohibentur. antecedens vero probatur ex capitulo, à nobis, & cap. si quem cit. quibus denotatur irretitum minori excommunicatione solam removit a Sacramentorum participatione, seu perceptione, quod etiam repetitur cap. vltimo cit. agit ex iure non potest sufficienter colligi irretitum minori excommunicatione peccare Sacramenta ministrando.

Dices colligi ex cap. vltimo, verbis initio difficultatis cit.

Resp. verba ex alijs cap. relata esse clarissima, & in illis haberi solum prohiberi perceptionem Sacramentorum, & prædicta contra illa non posse prævalere verba obscuriora cap. vltimo cit. quod potius sunt ita explicanda, vt vis aliorum verborum subficiat, quam contraria. Dicendum ergo, quod licet ea verba rem videantur reddere difficultem, non sit tamen recedendum ab alijs iuribus claris, ita nec ab eo, quod in eodem cap. dicitur conformiter ad alia iura citata, & proinde dicendum illa verba: *Peccat autem conferendo Ecclesiastica Sacramenta, referenda ad initium cap. hoc sensu si celebrat minori excommunicatione ligatus, gravior peccat conferendo Ecclesiastica Sacramenta, scilicet sibi ipsi, non præcisè ipsa collatione, sed quia illæ fidem, qui confert, recipit, cum id necessariò fieri debet in Missæ sacrificio. vnde illa particula, peccat autem &c. non est vniuersaliter intelligenda, sed solum quod sacerdotem celebrantem, imò ne quidem respectu illius est formaliter intelligenda, sed tantum consecutivæ, seu quia idem, qui confert, simul recipit.*

Dices post illa verba, peccat autem conferendo Ecclesiastica Sacramenta, dicitur: sed ab eo collata virtus non carent effectu, quibus verbis significatur, quod licet peccat conferens, Sacramentum tamen fortius futurum effectum, quod nullo modo dici potest.

iuxta

19. iuxta datam expositionem, cùm iuxta illam recipiens Eucharistiam non recipiat gratiam.

Resp. & id parere difficultatem in hac decretali, verum dici possit non carere effectu etiam gratia, si laborans ignorantia inuincibili sua excommunicationis celebrando communionem sibi prebeat.

Ex tertia sententiâ, quæ verè est probabilis, sequitur, per se loquendo, non peccare faceretum irretitum minori excommunicatione, qui alteri præbet Eucharistia Sacramentum, item extremam unctionem, qui absoluat a peccatis, similiter Episcopum conferentem Sacramentum Ordinis, Confirmationis, & multò minus absoluente ab excommunicatione, vel actus iurisdictionis exercenter, item eligenter, conferentem beneficia videri potest. cap. vltimum cit.

Si autem peccet, siue non, ex prædicto cap. vltimo constat Sacraenta ab eo collata non carere virtutis effectu, quod nō tantum verum est hoc sensu, quod non impeditur effectus characteris, sed etiam illo, quod præcisè ex eo capite quod alius ea receperit ab excommunicato minori excommunicatione, non impeditur ab executione Sacramenti recepti, v. g. ab exercito Ordinis.

Alia controversia hic est, an electio passiuæ eius, qui est irretitus excommunicatione minori, sit validæ, aliqui censent esse irritam, verum alii probabilius tenent solum esse irritandam, ita Toletus cap. 17. cit. qui plures citat. Vasquez dub. 6. de excommunicatione nu. 12. Suarez disp. 24. sech. 2. nu. 21. & alij. patet ex cap. vlt. cit. vbi dicitur: Si tamen scienter talis electus fuerit, sua electio est irritanda.

Dices particulam, irritanda, commode posse explicari, declarari irrita, idque videtur postulare ratione, quæ subiungitur: Nimirum pro eo quod ad susceptionem eorum elegitur, à quorum perceptione à sanctis patribus est priuatus.

Resp. neg. assump. licet enim aliquando consimilis forma loquendi, irritanda, possit explicari per declaranda irrita: id tamen non facile fieri debet, nisi ex antecedentibus, & consequentibus, vel ex alijs circumstantijs ad id cogamus, quod in præsenti non contingit, ergo particula in omni sua proprietate est accipienda, & præsertim in materia penali, & odiosâ, in quâ, quantum proprietatis patitur, verba potius sunt restringenda. Ad probationem dico ratione allatam nullo modo vrgere, vt dicamus particulam, irritanda, debere explicari per declarandam irritam, nam certum est seposita iuris constitutione ex solâ rei naturâ electionem non esse ipso facto irritam propter huiusmodi rationem, igitur si sit irrita, dicendum id proponere ex iure positivo, quod nullum aliud adferri potest præter cap. citatum, ex quo tamen non sufficienter colligitur.

Confir. ex scopo Pontificis, qui est opponere electionem actuam innodati minori excommunicatione electioni passiuæ eiusdem, quod scilicet excommunicatus minori excommunicatione nullo modo prohibetur eligere ad beneficia, neque electio ex eo sit irritanda, passiuæ vero electio eiusdem, licet non sit ipso facto irrita, merito posse, & debeat irritari.

Potò ex ratione motiuâ legis patet legem esse intelligendam de electione ad beneficia Ecclesiastica, non verò ad officia secularia. communiter etiam dicitur collationem, præsentationem, esse irritandam propter rationis identitatem, cùm electione non alia de causa sit irritanda, quæ ut alius beneficium non obtineat.

Petes, an electio eius, cuius ignoratur excommunicationis, sit irritanda? aliqui negant, quia in canone Petrio, dicitur: Si sciamen scienter talis electus fuerit, quasi dicatur: si electus fuerit cùm eius excommunicationis electoribus fuit nota. Sed alij afferunt, qui volunt

22.

particula, si scienter accipi, et idem sit, quod etiam si scienter, quasi dicatur, irritetur talis electio, quanvis electores scientes excommunicationem elegerint: cùm enim elector ignorans alterius excommunicationis non videatur voluisse eligere impeditum, iuxta illam sententiam non videtur subesse ratio dubitandi, ob quam electio facta ex ignorantia non sit irritanda. posset autem dubitari, num sit irritanda, si statab eo, qui nouit excommunicationem. Pontifex verò decernit etiam eo casu irritandam.

Resp. quorundam negantia, affirmativa a liorum.

Aduerte communi Doctorum sententiâ tam electores, scienter eligentes innodatum minori excommunicatione, quam electum scientem suam excommunicationem, grauitate peccare, quia contravenient legi in materia gravi, cùm eligatur ad id, quod ex generali sua ratione refertur ab Ecclesiâ ad susceptionem Sacramentorum, nam beneficium ex sua ratione generali refertur ad susceptionem Sacramentorum.

Nec id repugnat cap. 2. notis, cit. quia decisio cap. potest intelligi de effectu, qui ipso facto sequitur excommunicationem, quod scilicet per minorem excommunicationem homo ipso facto solum remouetur à Sacramentorum perceptione: vel dici potest particulam, tamè non necessariò excludere concomitantia, quæ ad Sacramentorum susceptionem ordinantur.

Ex dictis in hoc dubio patet minorem excommunicationem, prout iam est in vñ, vnicum habere effectum, qui eam ipso facto sequitur, licet forte olim fuerint in vñ plures partiales separations, & ita dici potuerit tunc fuisse plures species minores excommunications, nisi dicatur huiusmodi separations non tam fuisse censuras, quæ simplicem penam, prohibitionem, vel preceptum.

His prætractatis de minori excommunicatione, agendum de effectibus maioris excommunicationis, qui in iure sunt plurimi, vbi oritur

## D V B I V M 1 V.

Num aliqui effectus excommunicationis ex diuino iure oriantur?

C. OVAR. in cap. alma mater parte I. §. 1. censet iure diuino prohibitum communicare cum excommunicatis in rebus diuinis, iure autem humano in ciuilibus, quem sequitur Vasquez dub. 7. de excommunicatione, & prædicta excommunicatione longè potiori iure tenet ex diuino præcepto abstineat a sacris functionibus.

Sed contrarium est omnino verius, quod scilicet nullus effectus excommunicationis propriè, & immediatè oriantur ex iure diuino, sed omnes oriantur ex humano, pro quo

Suppono quod licet potestas excommunicandi iure diuino data sit Ecclesiæ, ipsa tamen excommunicatione non sit actu eo iure instituta, sed solum iure humano, vnde eodem modo de excommunicatione est discurrendum, quo de obligatione aliarum legum humanarum; atqui obligatio, quæ ex alijs legibus oritur, non dicitur esse legis naturæ, vel diuinæ. v. g. non dicimus lege naturæ, vel

25.

Couar. & Vasq. affirmant.

26.

Resolutio Auctoris negatiua.

Prob. resolu-

diuinā obligari ieiunare in quadragésimā, audire sacram diēbus festis &c. igitur neque in præsenti dicendum ullum effectum excommunicationis ori- ri diuino iure, vel ratione excommunicationis ex diuino iure immediatè oriri in excommunicato, vel alijs, obligationem ad abstinentiam à certis functionibus, in id videtur inuoluere repugnati- um, scilicet excommunicationem institutam esse iure humano, & tamen nos propter illam obligari ex iure diuino.

Confirm. 1. excommunicatio propriè nihil est aliud, quam moralis quædam collectio prohibitiō- nium, & vinculorum. vnde si ea sit per Ecclesiam in- stituta, necessariò afferendum est huiusmodi vin- cula, & prohibitions instituta per Ecclesiam, & quod inde sequitur, obligationem quæ in excom- municato, vel alijs refutat, esse solius iuris hu- mani.

Confir. 2. excommunicatus ratione excommuni- cationis secundum Couarr. tenetur ex solo iure humano alios vitare in humanis actionibus, & alij eodem iure tenentur eum vitare, ergo idem diei potest & debet de sacris functionibus, primò, quia non potest dari solida differentia. 2. quia Ecclesia potest etiam prohibere sacras actiones, & constat ex iure, quod prohibuerit excommunicato.

Confir. 3. Ecclesia potest aliquos effectus ex- communicationis suspendere, tollere, alij rema- nentibus, etiam quoad diuina, ergo huiusmodi ef- fectus ortum habent ab Ecclesiæ, & proinde solo iure Ecclesiastico obligant.

Confir. 4. seposita Ecclesiæ prohibitione nullus tenetur evitare quantumlibet magnum peccato- rem etiam in sacris, v. g. ei ministrando Sacra- menta, postquam egit penitentiam, neque ille tenetur alios evitare, vel non recipere Sacraenta. ergo obligatio ab his abstinenti ante absolutionem est solius iuris Ecclesiastici.

Dices id non sequi, quia constitutio Ecclesiastica bene potest esse causa, sine quæ ius diuinum non obligat, quod in præsenti contingit, quia diuino iure tenemur vitare eum, quem Ecclesiæ vitandum decreuerit.

Resp. 1. secundum illum discursum dicendum est omni obligacionem legis humanæ esse iuris diuini, seu nos iure diuino obligari ad id quod legi humanæ præscriptum est, & proinde etiam dicendum nos diuino iure obligari evitare excom- municatum in humanis, & ciuilibus functioni- bus.

Resp. 2. optimè sequi, quia lex humana iusta aliquid præcipiens, vel prohibiens non solum dicitur applicare legem naturæ, vel diuinam, sed ipsam dicitur obligare per modum causa moralis particularis, quamvis non nisi virtute sibi communicatæ legi naturæ, & diuinæ, dictante pa- rendum superioribus, pro quo

Notandum aliud esse nos ad aliquid obligari le- ge naturæ, vel diuinæ, aliud vero nos obligari ali- quæ lege, vim suam ab illis habente; vt obligemur lege naturæ, necesse est, vt etiam præueniendo om- nem legem positivam ad aliquid obligemur, v. g. ad non furandum; vt obligemur diuinæ lege, requiri- tur vt obligatio immediatè inducatur à Deo; si vero lex immediatè oriatur ab humanæ potestate, obligatio inde resultans dicitur obligatio legis hu- manæ, vel iuris humani, quia nimis immedia- ta causa talis obligationis est lex humana sine quâ non esset talis obligatio, licet ea non obliget, nisi in virtute dictaminis naturalis: obediendum est supe-

rioribus, vnde patet quod non teneamur iure diu- no vitare excommunicatum in sacro audiendo, ex eo quod Christus Matth. 18. dixerit: *Sat illa fuit ethi- nus, & publicanus.* quia per hoc Christus noluit abfoliū prohibere communicationem cum tali, sed tradere, quod debeamus Ecclesiæ parere, talem fugiendo, vbi accederit Ecclesiæ preceptum, & iux- ta modum quo illa id præcepit.

Ex quo sequitur quod seposita cooperatione in peccato alterius, vi diuini præcepti de vitando ex- communicatione non teneamur negare Sacra- mentum excommunicato tolerato.

## D V B I V M V.

*Vtrum excommunicatio suos effectus fortiantur ubicumque excommuni- catus existat?*

D V B I V M non est, quando excommunicatio lata est à Pontifice vel Concilio Generali, quin possit suum effectum fortiri ubicumque ex- communicatus, cum hi iurisdictionem suam valeant exercere in totâ Ecclesiâ, & ferre senten- tiā, quæ vbique obligat. sed queri potest de Epis- copis, & alijs habentibus restrictam iurisdictio- nem, hi enim non videntur posse vel lege, vel sen- tentiâ ferre excommunicationem, quæ fortatur suos effectus extra eorum territorium, cum alibi non habeant iurisdictionem, & non possint alios obligare, in id nec eum, qui fuit subditus, postquam subditus esse defit.

Confirm. quantumcumque iudex secularis ali- quem condemnaret, si id, ad quod condemnauit, pendeat in futurum, res non potest ad id obligari postquam defit esse eius subditus, & multò minus alieni obligantur etiam indirecte virtute illius sen- tientie, his non obstantibus

Resp. per se loquendo, excommunicationem legitimam vbique suos effectus fortiri, & ligare, communicatum, vbicum que existat, patet ex ipso sensu, & vsu Ecclesiæ, nam per se loquendo, excommunicatus ab uno Episcopo nullibi potest percipere Sacraenta.

Confirm. 1. hâc de causa mitti solent ad vicinos nomina excommunicatorum.

Confirm. 2. Ordinarii, vel etiam delegati, qui aliquem excommunicauit, potest communica- ntes cum eodem excommunicare, si termini non desistant, quamvis alijs non sint eius subditi, ergo signum est censuram, per se loquendo, vim suam vbique obtinere.

Ad ea, quæ in contrarium adferuntur

Resp. prouenire ex voluntate Ecclesiæ, que in censuram instituit, vt ea vbique vim suam habe- ret, quantumvis lata ab Episcopis, vel etiam alijs non habentibus iurisdictionem in totam Ecclesiæ, quicumque habet iurisdictionem non impe- ditam in foro contentioso, potest excommunicare sibi subditum, quam excommunicationem Ponti- flex vult vim suam vbique, & respectu cuiusvis fori. Vnde non est in potestate Episcopi ferentis ex- communicationem nolle, vt ea obliget extensam ad non communicandum cum eo, quem excom- municauit. 2. non est in eius potestate non obligari suo modo illâ eadē sententiâ, vnde si communica- cum excommunicato à se, antequam is legitimè ab soluatur (quod non sit per huiusmodi commu- nicationem, vt patet cap. cum desideres, de sententiâ excom-

excommunicationis ) peccat grauiter vel leuiter iuxta conditionem actionis, in quâ communicat, & incurrit minorem excommunicationem, quamvis enim respectu suipius non habeat vim coëcituam, & punitivam, tamen virtute institutionis ipsius excommunicationis, & ex iure communis, obligat suo modo seruare excommunicationem à se latam, etiam vitando excommunicatum à se eadem suo modo astringit superiorum, ut scilicet non communicet cum excommunicato a inferiori ante absolutionem, & si faciat, etiam incurrit minorem excommunicationem.

D V B I V M. VI.

De effectu maioris excommunicationis, qui est priuare communibus Ecclesiæ suffragijs, & orationibus.

**M**AIOREM excommunicationem parere hunc effectum patet ex cap. sacris, de sententiâ excommunicationis, & colligitur ex cap. à nobis, 2. eodem titulo, dico, communibus Ecclesiæ suffragijs, & orationibus, quia non priuat orationibus priuatis, vt communiter Doctores, vnde licet priuata intentione orare pro excommunicato etiam nominatum denuntiato, vt in precibus quas aliquis priuatum fundit, item in Memento.

Hinc licet applicare etiam preces publicas quatenus sunt ex priuata intentione; quia secundum hanc considerationem non sunt nomine Ecclesiæ, & nullibi est prohibitum priuatum orare pro excommunicato, & ita sentiunt multi, quos citauit in materia de sacrificio, dub. 12. in fine conclusio-

nis. 7.

Potes, an licet publica suffragia applicare ei,

qui innocens existens secundum allegata proba-

tus nocens, est excommunicatus?

Resp. licet; quia, vt supra diximus, excommuni-

catio hoc casu in reipsa est nulla, & inutilida, tanquamque obligat ratione scandali, & in quantu-

ne necesse est, vt potest Ecclesiastica non cen-

seatur contemni, non licet tamen nominare, vbi

periculum efficit scandali, hoc præmisso.

Cum per Concil. Constantiense, de quo infra, possumus communicare cum excommunicato tolerato, queri potest, an communia Ecclesiæ suffragia possint pro tali offerri; negat Suarez disp. 9.

scit. 2. num. 17. & sequentibus, & alij, afferit Na-

uar. cap. 27. num. 36. & alij. Sed

Repf. iuxta dicta dub. 12. cit. quod scilicet non licet offerre suffragia Ecclesiæ ab eâ instituta, & quorum fructus ex eiusdem Ecclesiæ voluntate probeniuntur; cum enim Ecclesia nullum velit fauorem præstare excommunicatis toleratis, non vult huiusmodi suffragia eis applicari, v. g. fructum horatuum canoniarum, orationum, quæ in Missa sacrificio ab Ecclesiæ adiunguntur.

Vnde si quis tanquam minister publicus nomine Ecclesiæ ea offerat pro excommunicato tolerato, grauiter peccat. Licet tamen ipsum sacrificium pro huiusmodi excommunicato tolerato offerre, cum enim in nostro casu minister ex concessione Ecclesiæ possit communicare cum excommunicato, ex eo capite non peccat offerendo pro eo sacrificium non peccat etiam quod sacrificium offerat pro eo, qui eiusdem sacrificij fructum non posse percipere, quia potest re ipsa percipere, nam licet sacrificium dicatur, & sit commune bonum

Ecclesiæ à Christo relictum: ita tamen relictum est, vt efficax applicatio fiat per ministrum offrenrem in persona Christi, neque potest Ecclesia suâ prohibitione vel voluntate efficere, vt si fructum non percipiat, pro quo sacerdos offert ipsis, si non habeat aliunde impedimentum; vnde, vt loco citato diximus, si quis offerat pro nominati excommunicato non habente aliunde impedimentum, is fructum percipiet, nam licet Ecclesia possit prohibere, ne quis sacerdos pro tali sacrificio offerat, atque adeo prohibuerit, vt patet ex generali prohibitione, quâ vetat suffragia communia offerri pro excommunicatis, non potest tamen efficaciter impedire, quod minus fructum percipiat, si quantum ex se est, sit capax.

Quæri etiam potest num publicæ orationes fieri possint pro excommunicatis, qui sunt in gratiâ, & ostendunt signa penitentia, & affirmant plerique, eò quod Ecclesia non videatur velle sua suffragia subtrahere iis, qui Deo sunt reconciliati, ita Nanar. supra. Couar. in cap. alma mater parte 1. §. 6. num. 4. conclus. 9. & plures alij. negat Suarez disp. cit. scit. 3. num. 2. quod videatur omnino verius, patetque ex cap. citatis initio dubij, ex quibus constat, quod quamdiu durat excommunicatione, non licet suffragia Ecclesiæ pro aliquo offerre. constat autem solâ contritione, & per solum statum gratia non tolli excommunicationem, sed opus esse absolutione, idque facit ad reverentiam censuræ, quod scilicet fideles intelligent se quamcumque iustos priuari suffragiis Ecclesiæ, doc-nec absoluuntur.

Aduerte tamen non esse improbabile licere applicare communia Ecclesiæ suffragia ei, cuius excommunicatione est occulta, si mortuus est in gratiâ, vt Suarez disp. 7. scit. 1. num. 7. in fine, cum enim in eo casu communius, moraliter loquendo non possit impetrari absolutione sine aliquâ defuncti infamia, potest sine peccato negligi; non videatur autem Ecclesia velle priuare hominem communibus suffragiis, quo casu non possit absque notâ absoluiri ab excommunicatione, capitula cit. aperte agunt de eo, cuius publica, & nota erat excommunicatione.

D V B I V M. VII.

De alio effectu, qui est prohibere ne ex-communicatus recipiat Sacra-menta.

**C**VM excommunicatione maior habeat effectus minoris, vt passim tenent Doctores, & colligi potest ex cap. à nobis, de exceptionibus, & ex cap. si quem, de sententiâ excommunicationis, ex quibus etiam constat minorem excommunicationem ali-que excludere à perceptione Sacramentorum, se-quitur ratione maioris excommunicationis aliquem repellere à Sacramentis, ita vt, per se loquendo, grauiter peccet excommunicatus, qui ante legitimam absolutionem recipit Sacra-menta. idem probari solet etiam ex cap. cum illorum, de sententiâ excommunicationis, sed ibi solûm fit mentio Ordinis, propter cuius susceptionem pena aliqua incurrit, vt alibi dicemus, propter susceptionem aliorum Sacramentorum in excommunicatione, nulla pena ipso facto incurrit.

Dixi, per se loquendo, grauiter peccare excommunicatum, qui recipit Sacra-mentum ante legitimam absolutionem; quia per accidentem potest ex-

36.

Quæst. 6.

Nanar.

Coharr.

Resolutio

negativa.

Suar.

37.

Cap. à no-

bis.

Cap. si que.

Cap. cum

illorum.

38.

cusari à peccato. vt si inuincibiliter ignarus censura. Sacramentum recipiat; item si grauem infamiam incurret, nisi suo tempore recipere sacramentum, cum tamen non sit, qui possit absoluere ab excommunicatione reservata. propter quam causam sacerdos, cuius excommunicatione est occulta, quique non potest sine graui notâ cessare à sacro faciendo, potest celebrare, nec ob id incurret irregularitatem, cum in præsenti materia ea non incurritur absque peccato. similiter poterit recipere ordines, si ratione beneficij tenetur, nec possit absque notâ subterfugere, vel beneficium absque grauamine dimittere, & ita de similibus casibus est iudicandum. non etiam peccat si graui metu adiatur ad Sacramentum suscipiendum, quia prohibitus Ecclesiastica non intelligitur cum tanto rigore.

Addeiis casibus, quibus ex parte censuræ non impeditur, quod minus licet sacramenta recipiat, posse eorumdem fructum percipere, cum possit esse legitimè dispositus ad illum percipiendum per statutum gratia, qui status non necessariò impeditur per excommunicationem.

Inter authores constat, quantumvis excommunicatus peccet recipiendo Sacramentum, ipsius Sacramentum esse validum, seu excommunicatum non obstat validitatem Sacramenti, si saltem Pœnitentiam excipiamus.

De qua controvenerit, quibusdam afferentibus  
absolutionem sacramentalem impensam excom-  
municato esse nullam. ita sentiunt plures, cum  
quibus sentit Vafquez dub. 4. de excommunica-  
tione num. 9, quin inquit idem tenet de eo, qui so-  
lum ligatur minori excommunicatione, quia cap-  
ultimo de clero excommunicato &c. ministrante,  
dicitur a participatione sacramentorum remo-  
tus.

Sed alij probabilitus censem posse subsistere sacramentalium absolutionem impensam excommunicato antequam absoluatur ab excommunicatione. ita plures, quis citat & sequitur Suarez disp 10. sect. 3. num. 9. Valentia tomo 4. disp. 7. q. 17 punto 2. §. ejusdem sacramentum. Sairius tomo 1 lib. 2. cap. 2. num. 3. qui plures citat. pro quo

Nonandum quod certum sit, per se loquendo, non subsistere, si quis neque iuris, neque facti ignarus procureret absolutionem à peccatis, antequam abfoluatuerat excommunicatione, cum in eo peccet, quod peccatum commissum in Sacramento, & obstante sufficientia contritionis obstat validitas Sacramenti, dicimus tamen fieri posse, vt ipsa absolutione à peccatis subsistat, quia potest inueniri in pénitente legitima confessio, & contritio, v. g. in ignorantie suam excommunicationem, nulla enim in hoc apparerit etiam moralis repugnanciam: imo excommunicationem posse esse in statu gratiae passim supponunt Doctores & iura, igitur ex parte partium materialium ipsius Sacramenti, similiter ex parte dispositionis, nihil obstat, quod minus Sacramentum possit esse validum, nihil etiam obstat ex parte sacerdotis, seu ministri, quia ex nullo iure ostendit potest, quod per excommunicationem aliquius in genere loquendo subtrahatur minister iuridictionis, ille ergo potest validè formam proferre, licet non præmitat absolutionem ab excommunicatione.

Dices, cap. vltimo citato dicitur, *remotus*, quod significatur excommunicatum esse incapacem Sacramenti, quantum scilicet Ecclesia potest reddere incapacem, quod fieri potest in Sacramento pœnae.

nitentia, Ecclesiâ subtrahente excommunicatum  
iurisdictioni ministrorum, antequam absolvatur  
ab excommunicatione.

Resp. negando assumptum; quamvis enim pos-  
sit subtrahere iurisdictionem eo modo, quo pon-  
tur in argomento: non tamen sufficienter constat  
subtrahisse, ergo in materia penalis non debemus  
asserere id fecisse.

Confir. particula, remotus, potest commodè explicari, quòd solum continet prohibitionem recipiendi Sacra menta ante abolitionem à censurā, imò respectu Eucharistie &c. ita necessariò intelligitur, ergo etiam respectu Pœnitentia ita potest intelligi, & commodius re ipsa intelligitur.

Dices posse diuersimodè intelligi iuxta conditionem Sacramentorum.

Resp. videri id gratis dici sine sufficienti fundamento in verbis legis, cum ipsum verbum consumum sit potius in mitiorem partem accipendum.

Confirm, si propter conditionem Sacramenti penitentiae dicendum sit per particulam, remota, Sacramentum reddi irritum, quia videlicet Ecclesia potest subtrahere iurisdictionem a ministro, quam censetur subtrahere per praedictam particulam, dicendum etiam esset matrimonium excommunicati non subsistere, quia Ecclesia potest illud irritare, vel reddendo excommunicatum inhabilem ad contrahendum, vel reddendo confessum illegitimum, quod censetur facere per particulam, remota, id autem nullus afferit; ergo nec aferendum est prius.

Aduerte quid licet, per se loquendo, excommunicatus etiam toleratus pecchet Sacramentum recipiendo, quia per extra tangenter, *Adenitudo*, *Eximia* *et* *excusatio*, nullus ei fauor præstat, alij tamen ministritantes non peccent propriè violatione censura, quid Sacramentum indignè ministrent, ijs scilicet casibus, quibus non possunt ministriare, de quibus questio ne 64. artic. 6. Qui ministrit non toleratis extra casus, quibus illi possunt recipere, non solum peccant, quid ministrant indignis Sacramenta, sed etiam directè violatione censura, vnde committunt multiplex peccatum in confessione explicandum; excusari tamen possunt à peccato propter ignoratiā censura alterius, vel quid gravi metu adiungantur ad Sacramentum ministrandum.

D V B I V M VIII.

De effectu excommunicationis, qui est  
impedire, ne sacerdos possit celebrare,  
vel ministrare Ecclesiastica Sacra-  
menta.

**Q**uod excommunicatus, per se loquendo, non possit celebrare, pater ex cap. *latores, cap. ic lud, cap. fraternitati, de clero excommunicato &c ministrante. peccat ergo mortaliter celebrans, quantumvis alias sit toleratus, cum & materia precepti sit grauis, & nullus hac in parte praestiter fator excommunicatis per extrahagantem, ad emendandam, ut aliquoties dictum est.*

Dixi, per se loquendo; quia per accidentis variis casibus potest excusari à peccato; primò enim si excommunicatus etiam nominatum, graui merita adiungatur ad celebrandum, modò id non fiat in contemptum censuræ, & religionis, non peccat celebrando.

brando. v. g. si princeps volens audire sacram di-  
Dominico, nec habens alium, quā nominatum  
excommunicatum illum graui metu adigat, vt  
celebret, hic si non possit commode declinare,  
potest non obstante censurā celebrare absque pec-  
cato.

2. Si excommunicatus non possit abstinere à  
sacro faciendo absque infamia, vel scandalo. quod  
non tantum verum est in eo, cuius excommuni-  
catio est plāne occulta, sed etiam in eo, cuius ex-  
communication in aliquo loco est publica. quā-  
muis enim hypothesis non ita possit inueniri respe-  
ctu loci, in quo publicē constat de excommuni-  
catione: si tamen excommunicatus ad alium locum  
se transferat, in quo eius censura est ignota, nec  
possit ibidem sine nota abstinere à sacro, potest si-  
ne peccato, & violatione censura celebrare.

3. Si id sit necessarium, vt detur communio  
moribundo, cui aliter non possit succurrī: cūm  
enim in illo articulo communio variis casibus pos-  
sit esse moribundo necessaria ad salutem, Ecclesia  
non videtur cum tanto periculo, & spirituali de-  
trimento fidelium prohibere excommunicato, ne  
celebret, propter quam rationem si sacerdos ipse-  
met excommunicatus sit morti vicinus, nec ha-  
beat alium, cui possit confiteri, & a quo possit Eu-  
charistiam recipere, potest celebrare, & se ipsum  
communicare.

4. Dices, sacerdos non potest eo casu celebrare si-  
ne præviā contritione, quam si eliciat, iam consti-  
tuerit in statu gratiae, & per consequens non ha-  
bebit opus Eucharistia, & proinde ex eo capite  
non poterit celebrare.

Resp. concordando quidem non posse celebrare,  
nisi conetur elicere contritionem, atque adeo, nisi  
bona fide existinet sè contritum; si tamen eam  
re ipsa non habeat, non instituendam sine Sacra-  
mento, atque adeo Sacramentum posse illi censeri  
necessarium, si non omnino dā necessitate, saltem  
ad hoc, vt certius gratiam comparet, & certius  
disponatur ad vitam aeternam consequendam, at-  
que adeo ex eo cap. posse celebrare.

4. Pastor excommunicatus toleratus potest  
celebrare, vt subditum sacram audiant die præcepto,  
si id requirant, alio deficieat, qui possit substitui.  
quia subditu petendo non peccant, cūm ins ha-  
beant, & per extratragantem. Ad evitandam non ve-  
tentur cum eo communicare: unde sacerdos sa-  
cram faciens ad illorum instantiam non peccat.  
nec solum pastor, sed etiam alius sacerdos excom-  
municatus toleratus, rogatus potest ob populi vi-  
litatem celebrare. Nullo tamen modo potest fesse  
ingerere.

Vtrum excommunicatus celebrans iis casibus,  
quibus tute non potest, incurrat irregularitatem,  
suo loco dicetur.

Quod similiter excommunicatus, per se lo-  
quendo, non possit ministrare Sacra menta, patet  
cap. illud, cit. Dixi, per se &c. quia per accidens in  
quibusdam casibus potest Sacramentum absque  
peccato ministrare, verbi gratia Sacramentum  
penitentia in articulo mortis alio deficiente, iux-  
ta dicta quæst. 7. de Sacramento penitentia dub.  
s. quod etiam verius est de haeretico, quām alii  
qui id negant.

Extra illum articulum excommunicatus non  
toleratus, non potest etiam validè absoluere eo  
loco, vbi censura est publicē nota, quia Ecclesia  
eius iurisdictionem suspendit. an alibi, vbi censura

est ignota, absoluere similiter sit intulida, dubitari  
potest.

Sed verius est valere, si titulum habeat colora-  
tum, v. g. si ei sit collatus pastoratus, vel si assu-  
mptus sit in vicarium alicuius pastoris, quemadmo-  
dum enim actus iudicis, qui à parte rei habebat  
impedimentum, habebat tamē titulum colora-  
tum, sunt validi: ita in præsenti dicendum valere  
absolutiones talis excommunicati, Ecclesia affi-  
ciente ad singulos altos, & illos ratos habente, ne  
alioquin animæ illaqueantur. secus dicendum  
quando aliquis penitens nesciens excommuni-  
cationem etiam eius, qui est nominatum excom-  
municatus, bonâ fide procedit, vbi censura est pu-  
blica.

Ex dictis sequitur, quod si quis confiteatur no-  
minatum excommunicato eo loco, vbi censura  
pafsim ignoratur, & habet titulum coloratum, ab-  
solutio possit esse valida, videri potest Aulæ 2. par-  
te cap. 6. disp. 3. dub. 1. §. hinc sequitur.

Potes, an nominatum excommunicatus possit  
valide absoluere à venialibus: affirmat Vasquez  
tom. 4. quæst. 93. art. 1. dub. 6. num. 8. quia sa-  
cerdos iure diuino habet iurisdictionem, & mate-  
riam applicatam respectu venialium. Sed omnino  
verius est, per se loquendo, non valere. pro quo  
suppono quod supra suo loco ostendimus, omni-  
no verius esse iurisdictionem etiam respectu ve-  
nialium iure Ecclesiastico sacerdotibus compete-  
re, quam iurisdictionem Ecclesia possit suspende-  
re; suspendisse autem ex eo patet, quod suspendit  
iurisdictionem nominatum excommunicati. & ita  
tener Aulæ disp. cit. dub. 1. concl. 3.

Nominatum excommunicatus non solum po-  
test licite, & validè absoluere in mortis articulo,  
vt iam diximus, in defectum alterius, verū etiam  
in necessitate defectu alterius potest baptizare;  
quia extrema, vel graui necessitas proximi facit,  
vt præceptum Ecclesiasticum non censeatur hic,  
& non vim suam retinere. dixi, defectu alterius,  
quia si adest alius non similiter impeditus, qui ve-  
lit baptizare, sacerdos nominatum excom-  
municatus, etiam pastor, non potest absque peccato ba-  
ptizare, cūm respectu illius nulla sub sit necessitas,  
qua erat causa excusans eius actionem à peccato.  
Vnde etiam eo casu sacerdoti nominatum excom-  
municato præferendus est laicus non impeditus.  
Videtur potest Suarez disp. 11. se. 1. num. 12.

Potes, an defectu alterius sacerdos nominatum  
excommunicatus possit solemniter baptizare: vi-  
deri possit quod non, cūm solemnitas baptisimi  
non sit necessaria ad salutem baptizandi.

Confirm. in concursu laici cūm sacerdote ex-  
communicato laicus est præferendus, vt iam di-  
ximus est, cūm tamen laicus non possit solemniter  
baptizare; igitur quando propter defectum alterius  
sacerdos nominatum excommunicatus potest  
baptizare, non potest id solemniter præstare.

Resp. tamen videri probabilius, quod possit.  
quia sacerdos, respectu cuius cessat vis præcepti  
Ecclesiæ, videtur posse conferre baptismum cū  
omni eā ceremoniā, quam ex suo gradu potest ad-  
hibere, & cum quā ex granissimo Ecclesia præce-  
ptō baptismus est conferendus ab eo, qui huius-  
modi ceremonias adhibere potest.

Potest etiam excommunicatus non toleratus  
in necessitate præbère Eucharistiam, vel conferre  
extremam unctionem; cūm enim hæc Sacra menta  
sint ad salutem utilissima, & possint interdum esse  
necessaria, potest moribundus esse in graui necel-  
litate

51.  
Coroll.

sitate illa recipiendi. propter quam necessitatem cessat vis præcepti Ecclesiastici, quo excommunicatus prohibetur Sacra menta ministrare.

Ex dictis videtur sequi, quod contrahentes matrimonium in excommunicatione non solum peccent mortaliter, sed quod Sacramentum recipient in excommunicatione, sed etiam ex eo quod conferant, cum iuxta communem sententiam contrahentes sint ministri huius Sacramenti. non videtur tamen improbabile, quod ex eo capite non peccent contra censuram; quia si bene perpendant canones, quibus vetatur excommunicatus ministrare Sacra menta, solum agunt de clericis.

Haec tenus dictum est de excommunicato non tolerato Sacra menta ministrante, quatenus scilicet peccet, vel non peccet, & quatenus eius absolutions sint, vel non sint valida.

52.

Quoad toleratum dicendum, quod licet peccet, si se ingerat administrationi Sacra mentorum, ita ut ultra se offerat ad illa conferenda, & etiam non rogatus: si tamen non censetur se ingerere, sed ea conferat alii penitentibus, non peccat. quia cum alii non teneant eum vitare etiam in Sacra mentis, non peccant contra censuram, quod ab eo petant Sacra menta, nec etiam peccant quod cum inducant ad peccatum. & proinde non appetat ex quo capite peccet excommunicatus. quia excommunicatus non potest dici peccare, in eo, quod iuxta qualitatem actionis, quae ab eo petitur, conuersetur cum aliis iisdem penitentibus. vnde Sotus in 4. distin. 1. quæst. 5. art. 6. in 6. propositione censet pastorem excommunicatum posse induci ad Sacra mentum ministrandum, quamvis propositione 7. existimet non posse induci eum, qui non est pastor.

Sotus refellit.

Verum ex ratione à nobis facta patet utrumque posse induci. quia non fundamur in eo, quod pastor teneat Sacra menta suo parœciano ministrare, sed in eo quod alii possint cum illo conuersari absque violatione censuræ iuxta qualitatem actionis, quæ conuersari cupiunt, & quod sacerdos non se ingerat, sed conuersans rogatus ab aliis non peccet, quæ ratio etiam locum habet in eo, qui non est pastor. vnde non solum pastor rogatus potest absque peccato præbere Eucharistiam suo parœciano petenti, sed etiam alius sacerdos toleratus, à quo similiter Sacra mentum petitur. nec id illum continet absurdum, & infra ostendetur id esse probabile, etiam si detur copia alterius, à quo Sacra mentum posset recipi. nec quidquam contra probant ea quæ adserit Vaquez dub. 3. de excommunicatione num. 1. & sequentibus.

## DV BIV M IX.

De effectu excommunicationis, qui est priuare excommunicatum diuinis officijs.

53.

Cap. illud.  
Cap. nuper.

EX COMMUNICATIONEM hunc effectum habere tenent communiter Doctores, & patet ex cap. illud, de clero excommunicato &c. ministrante, item ex cap. nuper, de sententiâ excommunicationis hinc, per se loquendo, excommunicatus non potest facio intercessione, non potest intercessione officio canonico, publica supplicationi, non potest in templo cantare Capitula, Collectas, Epistolam, Evangelium, non potest benedicere chrisma, templa, calices, sponsos, candelas &c.

Vnde Episcopus excommunicatus nihil horum licet facere potest, immo si quis illa diuina exercet eo modo, quo possunt exerceri à solis ordinatis, ita ut censeantur exercitium ordinis, communis sententiâ fit irregularis, de quo in materia de irregularitate, vnde etiam simplex sacerdos excommunicatus consecrans altare ex commissione, dicitur irregularis, sed quod Ecclesia soli sacerdoti id soleat committere. huiusmodi tamen benedictiones factæ ab excommunicatis non sunt irritæ, ut patet ex sensu Ecclesiæ.

Adverte ex cap. responsu, de sententiâ excommunicationis, excommunicatum etiam non toleratum posse concionis interesse.

Ex dictis sequitur, quod si excommunicatus sit non toleratus, alij non possint cum eo publice officium recitare, vespertas audire, supplicationi intercessione ita ut censeantur moraliter communicate cum illo in diuinis. vnde si talis adsit, moneri debet ut recedat; si persistat, nec velit recedere, totum est relinquendum. videri potest Clem. 2. de sententiâ excommunicationis, vbi iij nominatis moniti à celebrantibus, ut exeat, presumunt remanere, incurrit nouam excommunicationem Papæ referuatam.

Quod si permaneat, populus non potest cum eo diuina audire, sed debet discedere. si sacerdos faciens nondum inchoauerit canone, debet omnia imperfecta relinquere, ut indicatur Clem. cit. & tradit glossa ibidem, verbo, imperfecta. si consecrari, pergit usque ad communionem inclusiu, reliqua verò perficiat in sacrificiâ, vel alio decenti loco: si verò inchoato canone nondum consecrari, variant sententiæ, quibusdam negantibus posse pergere, alii affirmantibus, itaque sacerdos eo casu potest facere, quod voleret.

Dixi, ita ut censeantur moraliter communicate cum illo, quia si excommunicatus audiat sacrum in uno altari, qui audiunt in alio non tenentur recedere, cum non censeantur cum illo moraliter communicare. similiter non censentur communicare cum eodem, si excommunicatus transiens per templum ibidem aliud trahet, vel breuiter priuatim ore, videri potest Henriquez lib. 13. cap. 10. in fine, qui alios citat, non censentur etiam cum eodem communicare, quando singuli extra diuinum officium in eodem templo priuatim orant, quia si se ita habent, non censentur coriungiri ad unam communem orationem fundendam. neque etiam peccat excommunicatus ita priuatim orans, quia non prohibetur extra diuinum officium priuatim in templo orare, immo nec prohibetur orare tempore diuini officij, si eo modo faciat, ut censeatur priuatim orare, & non assistere diuino officio. videri potest Henriquez suprà.

Petitur utrum aliquis alius obligatus legere horas canonicas, teneat easdem recitare, si in excommunicationem incidat? videtur enim quod non, præsertim si non sit toleratus, cum Ecclesia non velit eo uti, tanquam legato, vel ministro, per quem ore, & à quibusdam adatur horas ab eo recitatas non sortiri effectum, quem possent sortiri oblatæ ex parte Ecclesiæ.

Resp. tamen obligari, quia Ecclesia non vult eum propter excommunicationem liberare obligatione aliunde ortâ, nec vult ei concedere priuatim omittendi horas canonicas.

Adverte tamen sacerdotem excommunicatum non posse dicere in officio: *Dominus vobis cum cunctis spiritibus suis*, cum id pertineat ad exercitium Ordinis: si tamen recitetur,

ter, non videtur grauiter peccare, cum illa materia sit leuis. Excommunicatus etiam non potest cum alio etiam priuatum legere horas canonicas, si tam en legat, aliqui censem non peccare mortaliter. Couar. cap. *alma mater*, parte 1. §. 3. num. 8. Suarez disp. 12. sect. 2. num. 18. Autila 2. parte cap. 6. disp. 8. dub. 4. quia haec communicatio non est illi specialiter prohibita. nam communicatio in diuinis prohibita intelligitur de solemnibus officiis. vnde haec communicatio generalis solum ratione censemur illi interdicta, ea scilicet, quia interdicta est communicatio cum fidelibus. haec autem communicatio in genere communicationis, & auxilij videtur leuis.

Quod excommunicatus non peccet, non audienda sacram die Dominico, vel festo, diximus dubio ultimo post materiam de sacrificio.

D V B I V M X.

De alio effectu qui est priuare Ecclesiasticā sepulturā.

**E**X COMMUNICATIO hunc etiam parit effectum quod corpus excommunicati non possit sepeliri in loco sacro, seu benedicto, vel destinato sepulchra fidelium, ut patet ex cap. *sanctis*, de sepulchris, & Clem. I. eodem titulo. idem de hereticis statuit cap. *quicunque*, de hereticis, in 6, quod post extrauagantem, ad *enitanda*, intelligi deberet de excommunicatis non toleratis, quemadmodum enim alias viuis possumus communicare, ita possumus communicare mortuis, & proinde respectu illorum dispositio antiquorum iurum locum non habet.

Quod si excommunicati non tolerati fuerint donati sacrâ sepulturâ, si quidem eorum corpora ab aliis possint discerni, exhumari debent, vt cap. *fauci*, citatum, neque diuina officia in eo loco peragi possunt, vel alij sepeliri, antequam exhumentur; inq; quantumvis exhumentur, locus indiget reconciliatione, vt alij possint sepeliri, vt cap. *confusus*, de consecratione altaris: ex quo cap. patet locus indigere reconciliatione, quamvis corpora non exhumentur, cù quod discerni nequeant.

Aduerte prater quod cap. *quicunque*, citato decernatur, ut quicunque scient presumpunt tradere sacra sepultura haereticos (sicut et denuntiatis post extraugantem, ad evitandam) incurant excommunicationem maiorem, a qua nequeunt absolui nisi eorundem corpora propriis manibus publice exhument, si videlicet corpora sepulorum vealent discerni. eadem excommunicatio fertur sub simili modo contra sepelientes, credentes, receptatores &c. haereticos. consumilis excommunicatione ponitur Clem. i. cit. de sepulturis.

Excommunicatus nominatus, vel publicus  
clericuſ percusſor non ſolū priuatur ecclieiaſticiā  
ſepultrā, ſed etiam omni honore funerali, niſi ſci-  
licet moriens dederit ſufficientia doloris ſigna-  
na, qui huiusmodi ſigna dederit, etiam poſt mor-  
tem abſolutus poſteſt in loco ſacro ſepeliri, imo ſi  
contingat illam ante abſolutionem ſepeliri, poſteſt  
abſoluſi, & ibidem relinqui.

D V B I V M . X I .

De effectu excommunicationis, qui est red-  
dere irritam collationem beneficij fa-  
ctam excommunicato, vel factam ab  
excommunicato.

**M**AIOREM excommunicationem obstat, quod minus validè conferatur beneficium Ecclesiasticum excommunicato patet ex cap. postulatis §. 1. de clero excommunicato &c. ministrante, vbi dicitur quod clericis excommunicationis vinculo innodatus Ecclesiastica beneficia conferri non possunt, nec illi velant ea licite retinere &c. cum ea non fuerint canonice consecuti.

Cum vero per extrau, ad euitanda, nullus fauor  
praestetur excommunicato, resolutio etiam vera  
est, & intelligitur quantumuis excommunicatus  
sit toleratus.

2. Intelligitur licet excommunicatio ignoretur. quamvis enim ignorantia probabilis possit excusare à culpa tam eum, qui confert, quam eum, cui confertur beneficium: non tamen supplet defectum conditionis necessariae ad valorem actus.

3. Intelligitur, quantumuis beneficium collatum esset motu proprio; cum Pontifex conferendo etiam hoc modo, censetur velle conferre capaci secundum iuris dispositionem, nam ex eo quod conferat motu proprio, non censetur eo ipso dispensare in iure.

Confit. quando Pontifex ita confert, solet absoluere ab excommunicatione ad cautelam, scilicet ad effectum, ut collatio sit valida. porrò, etiam si Pontifex non ponat expressè se absoluere ad effectum validitatis collationis beneficij, si tamen conferat beneficium ei, quem nouit excommunicatum, valet collatio, quia tali casu censetur in ipso exercitio censuram tollere. vbi obiter  
Notar. hoc videtur, ut si sacerdos

Notandum quod, ut supra diximus, Episcopus, vel alius Ordinarius non possit tollere censuram solum ad huiusmodi peculiarem effectum, sed ut subfistat collatio, prius debet absoluere a censura, seu illam omnino tollere.

4. Ex doctrinā datā sequitur permutationem factam cum excommunicato esse inutilidam, cum in huiusmodi permutatione duplex collatio inueniatur.

5. Ex cādēm doctrinā communiter tradunt Doctores electionem paſſiūm excommunicati eſe irritam, & excommunicatum virtute talis electio- nis non posse confirmari. videri potest glossa in cap. *confiſtūtū*, de *appellatiōnib*. idem tradunt de præſentatione paſſiūm excommunicati, virtute cuius non potest validē institui. ratio est quod tam electio, quam præsentatio suam efficaciam fortian- tur per ordinem ad validam beneficij obtentio- nem: excommunicatus autem non potest canonice beneficium consequi.

6. Non est valida impetratio litterarum pro beneficio vacaturo, ut si v. g. excommunicatus obi-  
neat litteras, quibus prouideatur de beneficio, cum  
primum vacauerit, videri potest Couar. cap. *alma*  
mater p. 1. 6. 7. n. 3, vnde si cui virtute talium litera-  
rum prouideatur etiam post absolutione, prouisio  
est irrita, videri potest cap. 1. de recriptis, in 6.

Confirm. in similibus rescriptis datur absolutio  
ad cautelam ad huiusmodi effectus, aliqui verò no-

59.

Cap. possum-  
astis.

60.

guorantia  
probabilis  
non sufficit  
ad effectum  
conditionis  
cessariæ  
ad valorem  
tus.

61.

ctio, &  
sentatio  
iuntur  
in effi-  
am per  
nem ad  
dam  
eficij  
ntio-

62.

756

tant hanc absolutionem ab excommunicatione, non prodesse quoad excommunicationem incursum propter heresim, item quando aliquis infudit per annum in excommunicatione, iuxta regulas Cancellariae.

63.

Coroll.

Ex his sequitur, quod quando excommunicatis illis modis impetrat beneficium, fructus non faciat suos, sed ante omnem sententiam eos debet restituere, cum nullum habeat titulum illos retinendi. Vnde non potest etiam retinere distributiones, cum ille sint pars fructuum beneficij, quæ solet dari presentibus diuino officio, porro huiusmodi fructus reddendi sunt ei, ad quem solent pertinere fructus talis beneficij vacantis.

Aduerte tamen quod fructus bona fide consumptos non teneatur restituere, si non sit factus ditor, item si bona fide munus aliquod ratione beneficij obierit, possit aliquid iustum retinere.

Ex dictis etiam sequitur, per se loquendo, grauiter peccare conseruentem &c. beneficium excommunicato, quia actus in materia gravi est irriter, ex qua ratione patet non solum peccare, quando confert excommunicato vitando, sed etiam quando confert non vitando, idem est iudicium de eligente, presentante.

Petes 1. vtrum dicta intelligentur de pensione?

Resp. 1. nullo modo videri habere locum in eâ, quæ datur titulo merè seculari, nec primam tonsuram requirit in recipiente, quia haec nec est beneficium, nec instar beneficij regulanda.

Resp. 2. nec etiam videri habere locum in eâ, quæ primam tonsuram requirit, quia nullo iure ostendi potest excommunicatum esse incapacem pensionis: non debet antem dici incapax eo quod sit incapax beneficij, quia pensio propriè non est beneficium.

Confir. pena, quantum fieri potest, est restringenda, ergo non debet propter aliquam similitudinem rationis extendi ad id, quod iure non exprimitur.

Dices excommunicatus est suspensus ab officio, ergo est incapax saltem pensionis, quæ datur titulo Ecclesiastico, propter hoc argumentum, & ex eo quod pensio, quæ datur titulo Ecclesiastico, censetur eiusdem naturæ cum beneficio, multi censent talen pensionem dari inuidè excommunicato. Vafquez de excommunicatione dub. 6. num. 5. Suarez disp. 13. sect. 1. num. 9. qui tenet de omni pensione. Henriquez lib. 13. cap. 13. num. 2.

Resp. negando consequentiam, quia non obstante eo quod in antecedente assumitur, constat excommunicatum non esse ex rei naturâ incapacem beneficij, vel pensionis, ergo incapacitas debet prouenire ex iure positivo. dicimus autem non probari in particulari ex iure, quod concessio pensionis facta excommunicato sit irrita, nec sufficienter ostendi ex eo quod collatio beneficij sit irrita, cum pensio etiam collata titulo Ecclesiastico non sit beneficium, nec de eâ sit discutendum sicut de beneficio sine iure expressio propter aliquam inter ea conuenientiam, presentim in materia odiosâ, & quantum fieri potest, restringenda.

Petes 2. an is, cui excommunicato facta est collatio beneficij, possit post absolutionem illud retinere sine nouâ collatione? varij tenent posse. Henriquez suprà num. 1. & plures quos citat Aula 2. parte cap. 6. disp. 5. dub. 2. Lessius lib. 2. de iustitia cap. 34. dubitatione 22. num. 19. & colligi potest ex eo quod tradunt plures apud Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 7. num. 12. de eo, cui in irregularitate

beneficium est collatum, quem censent posse retinere beneficium post dispensationem in irregularitate, sed longe verius est non posse retine- Ref. Ap. re fine nouâ collatione. ratio est quod prior collatio non solum censetur suspensa, sed omnino sit ga- nulla facta excommunicato, vt tradunt Doctores, igitur virtute illius collationis beneficium non potest retinere. quia planè irrita non potest præbere sufficientem titulum ad rem ipsam retinendam: si autem non possit retinere ante absolutionem, neque potest post illam, probatur, absolution adueniens non potest facere, vt quod ab initio non subsistebat, & quod erat irritum, postmodum subsistat, neque id potest facere quod absolution censetur nouam collationem inuoluere, cum id nullum habeat probabilitatem.

Confirm. sepe potest aliquis absoluere ab excommunicatione etiam in foro externo, qui non possit beneficium conferre. nam Episcopus proprius absoluens non potest conferre beneficium in alieno Episcopatu titulum. in resolutione consentit Lessius suprà, Couar. §. 7. loco cit. Toleus lib. 1. cap. 13. §. tertius eft.

Ex his patet eum, cui in excommunicatione beneficium est collatum, debere illud relinquere in manus collatoris purè & simpliciter, cum virtute talis collationis nullum ius acquisitum, poterit tamen collator eidem secundò conferre, quod etiam videtur verum, cum priori vice nouerat excommunicationem, quamvis in eo casu aliqui contrarium censemant. sed ex nullo iure potest ostendi, quod collator eo casu sit priuatus potest secundò conferendi, vnde si collatio pertinebat Episcopum, ille potest iterato eidem conferre, adde varios probabiliter sentire quod licet pertineat ad alium, si iusta causa subfint, & collator non possit adiri sine infamia, possit Episcopus titulum regulari, idem possit quando non potest Pontifex adiutor, cuius erat secundò conferre.

Petes 3. vtrum valeat acceptatio, quæ quis acceptat in excommunicatione beneficium sibi ante excommunicationem collatum? Communis dicitur valere, vt tradit Vafquez dub. 6. cit. num. 9. quod & sequitur. alij vero sentiunt quod licet non sit planè irrita, non sit tamen valida pro tempore excommunicationis, quia excommunicatus pro eo tempore non potest ius suum reddere solidius, acceptatio autem requiritur ad ius solidandum. eo ergo casu collatio suspenditur pro tempore excommunicationis, vim suam habitura post impetratum absolutionem ab excommunicatione. tenet Toletus suprà, Lessius suprà num. 18. Suarez sect. 1. citata num. 17. & sequentibus, qui num. 22. sentit excommunicatum acceptantem beneficium collatum ante excommunicationem non peccare. quamvis enim non possit ius suum pro eo tempore reddere solidius, cum tamen collatio non sit irrita, sed pro alio tempore sit valida, quando sublatum fuerit impedimentum, acceptans in excommunicatione non peccat peculiari titulo, quod tunc beneficium acceptet.

Ex his facile colligi potest, quid dicendum de presentatione, electione alicuius facta ante excommunicationem, acceptatâ autem in excommunicatione, quod videlicet quamvis per talem acceptationem ius non solidetur pro eo tempore, solidari tamen possit, postquam absorbitur à causa fuerit obtenta.

Pro complemento huius partis Notandum communiori sententiâ excommunicatum priuari fructibus

PRÆV. 100.

Petitio 1.  
Recip.Pensio pro-  
priè nō est  
beneficiū.

Obiectio.

Vafq.  
Suar.  
Henrig.

Resp.

Petitio 2.

Henrig.  
Aula.

65.

Cœur.  
Tol.  
Lessius.

66.

67.

Petitio 1.  
Communi-  
tatis ref.  
affirm.Alij ref.  
decidu-  
guende.Petitio 2.  
Suar.  
Lessius.Alij ref.  
decidu-  
guende.70.  
Mali-  
polle-  
ben-  
dici-  
tum  
to-  
da  
ce  
mali-  
ce.Alij ref.  
decidu-  
guende.

fructibus beneficii antea obtenti ex §. Verum, cap. pastoralis, de appellationibus, ex quo communius docetur ipso facto eis priuari, & suos non facere, ac proinde obligari ad eorum restitucionem ante omnem sententiam.

Aliqui tamen censem non priuari ipso facto fructibus, ita Glossa in §. citatum, verbo, subtrahuntur, Aula capit. 6. citat. disputat. 6. dub. 1. Rebuffus repetitione in cap. pastoralis, numer. 8. de clero excommunicato &c. ministerante, citatus Suarez disputat. 13. secl. 2. infine, qui sentit saltem ex consuetudine non priuari.

Ex quâ sententiâ sequitur non teneri ad eorundem restitucionem ante sententiam iudicis; quod non videtur omnino improbabile, cùm contrarium non sit ita evidens.

Quoad alteram dubij partem Resp. collationem factam ab excommunicato esse irritam, ut communiter Doctores, & colligitur ex cap. vno §. 1. ne sede vacante aliquid innovetur, in 6. quod post Concil. Constantiense est intelligendum de excommunicato non tolerato, si enim toleratus conferat alicui beneficium, collatio ex hoc cap. non est irrita, cùm nullus actus talis excommunicati in aliofum gratiam, præcisè respiendi censuram, sit irritus.

Idem dicendum de electione ad beneficium factâ ab electore excommunicato tolerato; idem etiam cendum de presentatione.

Aduerte tamen Episcopum non teneri acceptare presentationem factam ab excommunicato tolerato; licet enim possit cum eo communicare, non tamen tenetur.

Quod dicitur de collatione factâ excommunicato non tolerato, dicitur etiam de electione, vnde si inter electores sit aliquis excommunicatus non toleratus, eius suffragium nullius est ponderis, atque adeò si electio non sit valida absque concurso talis suffragij, ea est irrita; secùs si independenter à tali suffragio subsistat, tunc enim non vitiatur propter concursum talis suffragij. de presentatione variant authores, quidam enim censem presentationem factam à clero esse irritam, factam vero à laico esse validam.

Sed verius est utramque esse inutilam, quod censem alij, & institutionem virtute talis presentationis esse irritam. poterit tamen eo causa Episcopus conferre beneficium ei qui fuit presentans, non vi presentationis alterius, sed ex virtuali iure presentandi, quod habet in tali casu.

Ex dictis patet excommunicatum non toleratum conferentem beneficium, eligentem, instituentem, presentantem grauiter peccare.

Communius docetur missionem in possessionem beneficij etiam factam ab excommunicato non tolerato esse validam, quia est aliquid facti, quæ doctrina potest esse vera quando hæc immisio non sit ex iurisdictione.

## D V B I V M XII.

## De effectu excommunicationis, qui est priuare usi iurisdictionis.

**H**VNC etiam effectum parit excommunicatione, ut patet ex canone Audiuimus, 24. quæst. 1. vbi dicitur, quod excommunicatus excommunicare non potuerit, nec obstat quod addatur, *te tuusque absoluendo*, quia ea particula idem valet, quod declarando te nunquam fuisse innotatum. videri potest glossa can. citat. Idem etiam patet ex cap. 1. de officio Vicarii, in 6. vbi acta à Vicario Officialis excommunicati dicuntur non obtinere vigorem, quia Officialis excommunicatus non potest validè exercere actus iurisdictionis. videri etiam potest cap. 1. 6. 1. de officio iudicis delegati, in 6. & quidem hæc certa sunt de excommunicato non tolerato quod exercitum iurisdictionis Ecclesiastice, quod scilicet actus talis iurisdictionis sunt irriti, & nulli, eo non retinente exceptum usum iurisdictionis.

Ex quibus sequitur talem non posse ferre censuram, nec ab eis absoluere, nec ferre sententiam in iudicio Ecclesiastico tam exteriori, quam interiori, non posse alicui delegate iurisdictionem, vel potestate aliam.

Vnde pastor nominatum excommunicatus non potest validè alium delegate ad audiendas confessiones, ad Sacramenta ministranda; non posse leges condere, dispensare &c. &c. si faciat, peccare usurpatione iurisdictionis.

Sequitur etiam acta delegatorum ab huiusmodi excommunicatis esse inutila & nulla, ut patet ex cap. 1. citat. quod non tantum intelligitur, quando recipiunt iurisdictionem post excommunicationem delegantis, sed etiam si eam ante excommunicationem eiūdem receperint, quod satis indicatur cap. citat. vbi dicitur: *etiamen, quæ ipsi gerendo busynodi vices agunt eo taliter excommunicato manente, non possunt obtinere vigorem.* quibus insinuatur quod delegante manente excommunicato, suspendatur iurisdictio delegati antea recepta.

Ratio est, quod validus usus iurisdictionis in delegato absiduè pendeat ab expeditâ facultate iurisdictionis in delegante, cum delegatus non habeat iurisdictionem radicatum, vnde etiam si per excommunicationem delegantis non tollatur iurisdictio delegati, impeditur tamen usus illius.

Hæc autem sunt intelligenda, re existente integrâ. nam causâ inchoata delegatus potest pro gredi non obstante excommunicatione delegantis.

Petet 1. an dicta locum habeant in iudice seculari? communius Doctores censem habere, quibus licet consentias Malderus tractat. 6. de iustitia, capit. 1. dub. 11. censem tamen non factis probari ex canonibus sententiam iudicis secularis excommunicati esse irritam, & quidem varia capitula citari solita aperte loquuntur de iudice Ecclesiastico, alia non agunt de omni excommunicato, sed de excommunicatis propter certas causas, ut cap. aduersus, de imunitate Ecclesiastum, decemuntur irritæ sententiæ Consul & Rectorum ciuitatum qui excommunicantur propter exactionem factâ ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis: cap. excommunicamus, §. credentes, de Hæreticis.

72.  
Can. Audi-  
mimus.

73.  
Coroll.

74.  
Coroll. al-  
terum.

Validus usus iuris-  
dictionis in  
delegato  
pendet ab  
expeditâ  
facultate  
delegantis.

75.  
Petetio 1.

Malderi  
opinio.

Cap. aduers-  
sus.

Cap. exco-  
mi. nica-  
mus.

738

76. Resp. Autoris auct. non annullatur sententia excommunicati in genere, sed excommunicati propter hæsim. nihilominus tam omnino verius est etiam acta iudicis secularis excommunicati non tolerati esse irrita, quod & videtur bene colligi ex cap. praesidentes, de hæreticis, in & vbi alijs deficientibus datur peculiaris potestas iudicibus excommunicatis procedendæ contra hæreticos ad instantiam Ordinariorum &c. vbi Pontifex supponit eorum potestatem alias impediti ratione excommunicationis. vnde etiam hi peccant usurpatione iurisdictionis, si vlos actus iurisdictionis offici sui exercant, & tales actus sunt irriti, si intrinsecè sint actus iurisdictionis.

76. Aduerte tamen non videri irritam collationem iurisdictionis temporalis factam excommunicato etiam non tolerato, quia id nullo sufficienti iure ostenditur. ita Maledictus sub finem dub. cit. Suarez disp. 16. sect. 2.

76. Obiectio. Dices: talis non potest exercere actus iurisdictionis.

76. Resp. id non referre. quia non obstante eo quod per accidens ratione status non possit pro eo exercere iurisdictionis actus, collatio non est ipso iure naturæ irrita, vt suppono, cum ergo non sufficienter appareat irritari iure positivo, non est quod id alteramus.

77. Petitio. 2. Petet an dicta locum habeant in excommunicato tolerato? triplex est hac de re sententia. i.

77. Tertia sententia communis sive adhæret Auctor. vniuersaliter censet etiam in eo habere locum.

77. 2. Distinguit inter publicè excommunicatum, &

77. inter excommunicatum occultè: sentit enim acta huius valere, prius vero esse irrita.

77. 3. Vniuersaliter censet valere, quam tenent communis Doctores post Conc. Constantiense, ea que est omnino verior. quia Ecclesia talem tolerans videtur in bonum; fidei um ei relinquere iurisdictionem expediat, quam ante habebat.

77. Confir. fideles iuxta fauorem Conc. Constantiensi possunt cum eo conuersari iuxta conditio- nem actus, in quo cum illo agere cipiunt, igitur in praesenti possunt ab eo petere, & proinde illud potest validè dicere. nisi enim actus futurus esset validus, non praestaret favor fidelibus. adde quod nisi actus esset validus, fideles grauerter peccarent ius ab eo petendo saltem in materia Ecclesiastica, cum sententia communis per se loquendo, sit graue peccatum exercere actum inuidium in materia Ecclesiastica. si ergo excommunicatus toleratus non possit validè exercere actus iurisdictionis, alij, per se loquendo grauerter peccare, eos petendo.

77. Coroll. Ex his sequitur validas esse leges ab eo latas, item sententias, absolutiones, negationes &c. neque ex eo capite facilè debere à superioribus instruari, cum in reliquis possit inueniri iustitia, & parvus favor praestaret fidelibus si huiusmodi sententia cassarentur. potest tamen illius iudicium declinari opponendo excommunicationem. nam quamvis fideles possint cum eo conuersari, non tamen tenentur, vnde si vlti censuræ irretire non obdientem, censura erit nulla defectu contumacia, & peccati in altero, cum non obediendo ei, non peccet.

77. 79. Suarez. 79. Ex ijs, que sepius dicta sunt, talem excommunicatum peccare, si nullæ existente necessitate boni communis, vel ab aliis non requisitus se ingerat.

77. Aduerte 1. Suarez disp. 13. sect. 2. num. 16. Lessum lib. 2. cap. 19. dub. 7. num. 62. & alios

cense re dicta de excommunicato tolerato certo casu habere etiam locum in excommunicato vi- tando, si videlicet talis transferat se ad alium lo- cum, vbi passim ignoratur, quod sit nominatim denunciatus, vel publicus clerici percussor, & eli- gatur in iudicem, illius acta valere in favore pub- licum. vnde dicendum collationem factam à tali excommunicato valere, similiter electionem &c.

Petitio. Petes 3. vtrum iudex excommunicatus tolera- tis adiri possit quamvis nulla cogat necessitas, vt quia alius potest adiri, à quo ius petatur?

77. Resp. videri posse. quia ante excommunicatio- nem adiri poterat, vt suppono, ergo etiam in no- stro casu, cùm si non posset ex aliquo capite adiri, esset, vel quod violaretur censura, vel quod indu- ceretur ad peccatum: neutrum autem sequitur ex eo quod aedatur.

77. Probatur pro priori parte ex extra. ad entan- da, ex quā patet quod fideles possint agere cum excommunicatis toleratis non minus, quam ante excommunicationem, cùm per illam extra- rigorantiorum Canonum, quibus fideles iube- bantur vitare excommunicatos refringant ad nominatim denunciatos, & notorios clerici per- cussores.

77. Probatur etiam secunda pars, quia excommunicatus toleratus non peccat, quod requisitus ius- dicat, non etiam peccat quod eius sententia stir- rita, vt ex dictis patet.

77. His patet quod licet fidelibus confiteri ex- communicato tolerato, quamvis detur copia alterius: id episcopum concludit ratio facta, quia fideles non peccant contra censuram, quod conuerterent cum eo, & quidem iuxta conditionem actus; non peccant etiam quod cooperentur alterius pecca- to, cùm negetur eum peccare præcisè ex parte censura (quod hic solum intendimus, quia si aliunde sciat esse in malo statu, aliter enti- cendum) eò quod ministret Sacramentum re- quisitus, doctrina huius corollarij sumitur ex Vi-ctoriâ, de excommunicatione numer. 10. eamque tenet Sanchez lib. 7. de matrimonio disp. 8. num. 8. imò addit. etiam si nulla adiit necessitas, item Ledesma, i. quarti quæst. 5. art. 6. dub. 12. §. sed prima est probabilitas.

77. Id vero non solum intelligitur respectu pasto- ris, sed etiam respectu aliorum, qui ex commissio- ne possunt confessiones excipere, v.g. religiosi, qui ex privilegio potest audire confessiones. videntur authores citati, quia discursus factus de utrisque concludit, & non minus permittitur si delibus, vt possint conuerter cum aliis in recep- tione Sacramentorum, quam cum pastoribus, vt patet ex concessione extraang. ad entanda que est vniuersalissima. idem concludit discursus Suarez disp. 11. sect. 4. num. 3. & sequentibus quamvis numero 12. nonnihi restringat.

77. Dices: subditus habet ius petendi Sacramenta, à pastore, non vero ab alio.

77. Resp. nihil inde sequi contraria resolutionem, & non propterea constituentiam differentiam inter pastorem, & alium in praesenti negotio, etiam si aliqui constituent.

77. Ex argumento enim solum sequitur pasto- rem posse obligari ad ministrandum Sacra- mentum suo subdito, alium non item (nisi aliquo speciali titulo obligetur alicui) non tamen fe- quitur quod non possit confessiones audire re- quisitus, seu quod per censuram impeditur quan- tumvis alij petant, & inducant, neque sequitur

quod alij inducendo peccent. nam quemadmodum ante eius excommunicationem poterant ipsi liberè confiteri, quamvis daretur copia alterius, & nulla esset necessitas, ita post eandem, quādiu toleratur, possunt, cū censura non obstat: supponamus autem nullum aliud caput obstat.

Confir. Pastor non idē potest induci quod subditus ius haberet ante eius excommunicationem (alioquin posset induci non toleratus quod falsum est) sed quia non obstante excommunicatione in nostro casu in eo remanet expeditus usus iurisdictionis in aliorum gratia, qui possunt cum eo conuersari, idque constat ex extra. citat. atque ex eadem constat remanere etiam in aliis confessariis in gratiam fidelium, qui possunt cum iisdem verlari, non minus, quam ante excommunicationem, si ergo licet inducere pastorem etiam extra necessitatem, licebit etiam alium inducere.

Ex his sequitur, quod, secluso scandalis, quando primitus prudenter posset sibi persuadere, quod sacerdos excommunicatus toleratus alias habens iurisdictionem est in statu gratiae, posset ab eo petere Sacramentum & eum inducere ad suam confessionem excipiendam, quamvis datur alterius copia, & nulla respectu huius est efficiaris necessitas.

Dices in tali casu non est necesse id facere ad vitandum scandalum, vel periculum animæ, ergo non potest fieri, cū fauor concedatur ad vitandum scandalum. Suarez num. 12. citat. censet in casu obiectio[n]is sacerdotem non posse administrare Sacramentum, & proinde alium non posse petere. Henriquez vero cap. 6. num. 3. & alij censent etiam eo casu peti posse à pastore non verò ab alio. sed

Resp. negando consequentiam ad probationem dico, quod licet motiu[m], ex quo Conc. Constantiense inductum est ad fauorem præstandum, fuerit evitatio scandalis & periculi animarum; tamen eius fauor in casibus particularibus ad hæc non restringitur, sed est vniuersal[is], quo licet vt, quamvis in aliquo casu particulari cesseret huiusmodi ratio, nam, vt aliqui vtatur beneficio legis concessio, non requiriatur, vt ratio legis inueniatur in quolibet casu particulari, sed sufficit quod inueniri possit in plures. id enim solum spectauit lex, ex quo vniuersaliter fauorem concessit.

Confir. 1. si concessio Conc. Constantiensis solum intelligeretur, quando re ipsa inuenitur necessitas, non tam occurreretur periculis animarum, quam ea inducuntur, cū enim non sit vniuersal[is] iudicare, utrum hic & nunc sub sit peculiari ratio agendi cum excommunicato tolerato, anima timorata ex illa constitutione non tam perciperent fauorem, quam anxietates conscientia.

Confir. 2. fideles in alij liberè, & indifferenter versantur cum excommunicatis toleratis, siue poterit necesse ad vitandum scandalum, siue non, ergo non est quod in præsenti materia fauorem restringamus ad huiusmodi circumstantias.

## D V B I V M XIII.

Quod excommunicatio remoueat excommunicatum ab alijs forensibus actionibus?

84.

Concluſ. 1.

**D**ico 1. excommunicatus communiter non potest esse actor. patet cap. 1. de exceptionibus, in 6. & quamvis possimus communicare cum excommunicato tolerato, repellere tamen potest ab agendo, ita vt propter exceptionem excommunicationis omnia suspendantur, etiam executio, si excipiatur post sententiam datum, vt patet cap. cit. vbi varia præscribuntur iudicii in admittendâ exceptione, qua è spectant, vt quis non graueretur iniuste, dum ad lites differendas ei opponitur excommunicatione.

Aduerte quod, licet excommunicatus non toleratus admittatur, non ideo acta iudicis sint invalida, quia id ex nullo iure potest colligi.

Dixi communiter, quia in materia excommunicationis, si videlicet velit probare se non esse excommunicatum vel esse absoluendum, debet audiatur, tanquam actor, cap. cum contingat, de officio iudicis delegati, vbi decernitur certis casibus audiendum ante absolutionem, quibusdam vero prius absoluendum, que pertinent ad forum externum. quando autem prius est absoluendum, absolutioni petenti non debet negari, vt ibidem dicitur.

Idem statuitur cap. soler, de sententiâ excommunicationis in 6. vbi statuitur talem tanquam actorem evitandum in aliis præterquam in probatione nullitatis excommunicationis, quamvis extra iudicium possit admitti in alijs officiis legitimis, vt postulationibus, electionibus.

In genere in ordine ad lites facilè solet impendi absolutione ad cautelam. sicut autem absoluvi debent in aliis vitari.

Adde quod si excommunicatus incurrit ma-  
gnu[m] damnum, si deberet obtinere beneficium  
absolutionis antequam audiatur v. g. quia super-  
ior, qui solus potest absoluere, procul abest, &  
imminet periculum, ne fugiat debitor &c. excom-  
municatus, etiam alias non toleratus potest, &  
debet admitti, tanquam actor etiam ante absolu-  
tionem. quia censura non debet villo modo cum  
tanto rigore intelligi.

Quod si extra prædictos casus excommunicatus non toleratus admittatur à iudice seculari, iudex compellendus est per censuram eum repellere, vt statuitur cap. decernimus, de sententiâ excom-  
municationis, in 6.

Dixi non posse esse actorem, quia potest tan-  
quam reus conueniri in iudicis, alioquin com-  
modum ex excommunicatione reportaret. vide-  
ri potest cap. intelleximus, de iudicis. potest vero,  
quando tenetur respondere, ea præstare in iudi-  
cio, qua à quois alio in sui defensione præstari  
solent.

Sed an possit per se respondere, an vero te-  
neatur respondere per procuratorem, potest du-  
bitari. & videtur teneri per procuratorem res-  
pondere, cū capit. intelleximus, citat. dicatur:  
respondeamus quod conueniri potest, & de-  
bet per alium in iudicio respondere. & ita sentit glos-  
sa in cap. cit. verius tamen est posse respondere per

86.

Cap. Intel-  
leximus.

87.

Quæstio[n]e.

Resolutio.

Cap. Cum  
inter.

seipsum, ut sentit alia glossa, & plures alij. quia non  
videtur tali negari, quod communio iure cuius reo  
conceditur; alias plerumque sentiret nimis ma-  
gnum grauamen, si non posset per se respondere.

Confit. ex cap. cum inter, & cap. vltimo de ex-  
ceptionibus, quibus absoluuntur excommunicati  
potestas respondendi, ergo etiam per se.  
si tamen prius posse obtinere abolutionem ab ex-  
communicatione, omnino decentius est, ut ante  
illam per se non respondereat.

Argumēto  
contraria-  
tatis.

Ad cap. intellectimus Resp. particulam, per alium  
non excludere ipsum reum quasi per se responden-  
te non posse, sed per eam Pontificem velle, quod  
saltē per alium debeat respondere.

Confit. non est intencio Ecclesiæ denegare reo  
arma plerumque ad sui defensionem necessaria.

Ex dictis cap. cum inter, & vltimo patet excom-  
municatum, qui potest se queri tanquam reus, pos-  
se etiam excipere contra iudices, & appellare, non  
tamen posse reconvenire.

Conclus. 2.

Dico 2. excommunicatus non toleratus peccat  
exercens munus tabellionis, quantumcumque ab  
alii requiratur; toleratus vero non peccat, si re-  
quiratur ab alii.

89.

Difficultas.

Vtrum vero acta illius sint valida, quando non  
toleratur, potest dubitari, variis negant, præsternit  
Canonista, quorum sententia ut sit vera pro fero  
exteriori, omnino tamen verius est dare firmatam  
contraactum in foro interno, quando admittitur ex-  
cousensu partium cognoscentium eius excom-  
municationem, ita sentit Suar. disp. 16. sect. 5. n. 4. quia  
textus, qui in contrarium adseruntur, non ostendunt  
acta non sufficere ad faciendam fidem, si tabellio excommunicatus admittitur, sed solum quod  
non debeat admitti; ut canon, nullus anathematizo-  
rum 3. q. 4. vbi Stephanus Papa dicit nullus anathe-  
matizatorum suscipiatur, nec a quoquam credantur  
qua ab eis dicuntur, vel conscribuntur, quibus  
verbis non sufficiunt declarantur irrita ad fa-  
ciendam fidem acta tabellionis excommunicati,  
sed solum, quod admitti non debeat.

Conclus. 3.

Dico 3. excommunicatus non potest esse testis,  
ut patet cap. decernimus, de sententiâ excom-  
municationis, in 6. vbi etiam decernitur, ut iudices se-  
culares per censuras Ecclesiasticas compellantur  
tales repellere.

90.

Si tamen admittatur, eius testimonium est va-  
lidum, quia non appetit vnum, ut irritans eius  
testimonium quando admittitur, & fauunt varijs.  
vide Henriquez lib. 13. cap. 7. num. 5. in fine, quod  
non solum est verum in iudicij, sed etiam in testi-  
monio lato extra iudicium, quod contractus, & testa-  
menta, videri potest Saur. tomo 1. thesauri  
caſuum lib. 2. cap. 8. num. 1. & 4. Toleratus si re-  
quisitus testetur, non solum validè, sed etiam li-  
cet id facit. Inde in fauorem fidei non toleratus  
potest sine sua, & aliorum peccato admitti ad te-  
stimonium ferendum, ut patet ex cap. in fidei, de  
hæreticis in 6.

Cap. in fidei.

Dico 4. excommunicatus non toleratus non  
potest esse aduocatus, vel procurator, cap. decerni-  
mus cit. cap. licet, eodem titulo, in 6. & colligitur  
ex cap. intellectimus, cit. debetque repellere a iudice ut  
supra de telle. si tamen non repellatur, acta illius  
sunt valida etiam extra iudicium. unde matrimonio-  
niūm contradictionem per procuratorem excom-  
municatum, est validum.

Non tantum non potest alij patrocinari, sed nec  
re excommunicato, nisi in necessitate iuxta iudici-  
cium prudentis quo tamen casu si repellatur ab

aduersa parte, iudicis est considerare, quid com-  
modè agi posse.

Excommunicatus toleratus non peccat, si re-  
quisitus patrocinetur. Idem dicendum de tute, & curatore, eorum scilicet acta esse valida, quan-  
tum interdum illicita iuxta datas expectationes, pro  
his videri potest Suar. qui disp. 16. fuit ea explicat.

His adde quod quamvis excommunicatus non  
possit licet testamentum condere, illud tamen ei  
eo capite non irritetur, quemadmodum non est  
irritum testamentum, in quo excommunicatus  
etiam non toleratus instituit hæres, quidquid  
diant aliqui, quia id nullo sufficiunt iure proba-  
tur. peccat tamen testator constitutus excom-  
municatum non toleratum hæredem, peccat etiam  
ij, qui excommunicato non tolerato afflunt ad  
conciendum testamentum.

## D V B I V M XIV.

Vtrum excommunicatio priuet excom-  
municatum ciuili communica-  
tione fidelium?

R E s. n. affirmatiū. est communis Docto-  
rum, & patet ex cap. si quem, penultimo de  
sententia excommunicationis, vbi dicitur quod  
excommunicatio major à communione fidelium  
separat, & cap. nuper, eodem titulo habetur quod  
alij non possint communicare cum excom-  
municato in osculo, oratione, coematione, simili alibi  
habentur. hinc excommunicato interdicta est om-  
nis communicatio per osculum, colloquium, mi-  
sionem literarum, per nutus, contractus, coniunctus,  
& qualibet alia humana tam in ciuilibus, quam  
spiritualibus. quæ hoc versus solent comprehendere,  
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Per os, comprehenduntur oscula, colloquia,  
communicatio per nutus, litteras, intermissionem,  
& alia indicia amicitiae.

Per particularum, orare, intelligitur omnis com-  
municatio in diuinis, de quâ superioribus dubius  
actum est, scilicet per publica suffragia, admini-  
strationem, & receptionem sacramentorum, ora-  
tiones publicas.

Vale comprehendit honorificam salutationem,  
secundum quosdam etiam resalutationem, quia  
est actus obseruantæ, ita ut iuxta illos non li-  
ceat resalutare excommunicatum salutarem, si  
ne excommunicatus possit salutarem resa-  
lutare, sed alij probabilitate id negant, ed quod  
resalutare sit solutio debiti, potestque fauere  
confusio.

Communio comprehendit omnem contra-  
ctum, cohabitationem, societatem tam in iudi-  
cio, quam extra, per donationem, testamentum,  
electionem, collationem beneficij vel officij, testi-  
monium &c.

Per mensam, prohibetur coniunctus in eadem  
mensa formaliter loquendo, ita ut vnu confatur  
alteri coniuvet. iuxta Doctores prohibetur etiam  
formalis communicatio in eodem lecto, quod  
prudenti iudicio dependet.

Quamvis hæc directè respiciant excom-  
municatum, cui per modum prædictè prohibentur,  
secundario tamen etiam respiciunt alios, quibus  
prohibetur communicatio cum excommunicato  
non tolerato. hinc non solum peccat excom-  
municatus

niciatus communicans cum aliis, sed etiam peccant alij communicantes cum illo. diligenter tamen est attendendum, num alius censetur per aliquam actionem cum eo communicare. quia non sufficit exercere materialiter actionem qua posset esse communicatio, sed necesse est, ut censetur aliquis per illam actionem formaliter habere cum alio commercium, quod multum penderet a prudenti iudicio. vnde si quis habet sub eodem teceto cum excommunicato, non statim est dicendum cum eodem communicare, sed solum si eadem domo vtatur ad communem coniuctum, ita ut censetur esse eiusdem familiae. similiter si quis cum alio operetur in eadem domo, vel etiam cubiculo, si tamen per hoc non censetur habere commercium cum excommunicato, vt si operentur planè diuersa nec censetur se mutuò iuare, non dicitur communicare cum excommunicato. item si contingat aliquem de cōmīte cum alio in eodem cubiculo vel etiam lecto, vt ita dicam casu, non verò se cōiungendo alteri, tanquam socio, nō propterea peccabit, idem dicendum de mensa. interdum enim contingit aliquos comedere eodem tempore in eadem mensa, qui non censetur efficer vnum corpus, seu vnum coniuvium, quo casu neuter alteri censetur communicare. si tamen censetur coniuvere, licet sint in diuersis mensis, vt fit in magnis coniuviis, censetur inter se communicare, in modo id potest contingere, licet sint in diuersis cubiculis, v.g. quando propter loci angustias necesse est etiam alibi mensam sternere.

## D V B I V M X V.

Quale peccatum committat excommunicatus communicans cum aliis, similiter alij cum eodem communicantes?

**D**OCTORES communiter sentiunt communicationem in sacris esse mortalem, scilicet ex suo genere, quia etiam in ea communicatione paruitas materia potest excusare a peccato mortali, vt si quis paruam partem sacri audiat cum excommunicato vita, item paruam partem publici officij, & ita de alijs, in quibus vir prudens iudicare potest materiam esse leuem in genere communicationis.

Ex dictis patet, per se loquendo, mortaliter peccare excommunicatum assistente diuinis officijs, eadem celebrante, ministrante vel recipientem Sacraenta, donante alterum Sacra sepulturam, conferentem beneficium, eligentem, praesentantem, condentem leges Ecclesiasticas, ferentem censuras, sententias Ecclesiasticas, dispensantem in legibus, recipientem beneficia &c. iurisdictionem Ecclesiasticam &c. videntur etiam indicare excommunicatum communicantem in ciuibus ex suo genere mortaliter peccare, quatenus de eo nihil distingunt.

Iudem communiter sentiunt alios peccare mortaliter communicando in sacris cum excommunicato vitando.

De actionibus ciuibus secus sentiunt, dicunt enim communicationem in illis esse veniale. ita Sotus distinct. 22. quæst. 1. artic. 4. §. Verum tamen eiusmodi communicationes, Nauarr. cap. 77. num. 28. & sequenti. Sa verbo excommunicatio num. vltimo, Toletus lib. 1. cap. 11.

in 3. effectu, Henrquez lib. 13. cap. 8. in initio, qui in commentario dicit esse communem, & plures citat, excipiuntur tamen passim ab authoribus pauci casus, in quibus communicatione sit mortalitatis qui apud eosdem videri possunt.

Hæc sententia propter Doctorum authoritatem est probabilis & in praxi secura, quia quid sit de rationibus Doctorum, lex Ecclesiastica potest esse recepta cum illo moderamine. ex his verò probabilius est excommunicatum peccare etiam venialiter, per se loquendo communicantem cum alijs in ijsdem actionibus ciuilibus, vt bene deducit Suarez disputat. 15. sect. 2. Suar.

num. 4. Rem tamen speculatiuè considerando videtur dicendum etiam extra casus à Doctoribus

99. Communica-  
tio cum  
excommuni-  
cato etiā  
in ciuilibus  
potest esse  
mortalis.

positos communicationem cum excommunicato in ciuilibus posse esse mortalem, si videlicet conuersatio, seu communicatio moraliter possit censi- seri grauis, pro quo

Suppono varias communicationes etiam in ciuilibus prudenti iudicio posse celeri graues etiam in genere conuersationis, vt diurna cohabitatio cum alio, longi tractatio negotij granis, v.g. processus &c. hoc supposito

Probatur resolutio, aliquæ communicationes ciuiles cum excommunicato ex parte materie possunt esse sufficientes ad peccatum mortale inducendum, ex parte autem legislatoris non deest potestas ad inducendum obligationem sub mortali; ergo.

Dices non deesse quidem potestatem, non tamen velle tam rigide obligare.

Resp. ex nullo solido fundamento colligi quod nolit obligare, quod enim datur secundario prohibere communicationem ciuilem, non sufficit ut dicatur leuiter prohibere, quando materia est causa grauius obligationis.

Confir. eadem communicationes dici possunt non nisi secundario prohibere excommunicato, cum tamen Doctores tacite censemant eum posse in huiusmodi communicationibus mortaliter peccare etiam contra censuram, quatenus in eoncilii distingunt, ergo signum est quod aliquid esse secundario prohibetur non sit sufficiens ratio ad asserendum illud solum esse veniale, quando de cetero materia est capax grauioris obligationis.

Vnde, speculatiuè loquendo, videtur dicendum mortaliter peccare eum, qui diu cohabitatio excommunicato vitando, qui tractat causam coram iudice excommunicato &c. quia prudentis iudicio possunt censi grauis communicatione.

Ad id quod dicitur de lege recepta sub illo moderamine,

Resp. de eo non ita constare. Pluræque tamen communicationes ciuiles sunt tantum peccatum veniale, vt confabulatio, salutatio, scripto litterarum, constitutio &c.

Adiuerte quod præter peccatum, quod committitur communicando cum excommunicato in ciuibus prohibitis incurritur etiam excommunicatione minor, vt supræ dictum est, quam etiam incurrit iudex, qui conueratur cum eo, quem excommunicauit, nisi illum prius absolvat. eandem incurrit etiam excommunicati, qui cum aliis excommunicatis versantur. cum ratione excommunicationis non habeant priuilegium agendi inter se, sed se censuram non minus debeant vitare, quam alios.

Non tamen est prohibitum ijs qui huiusmodi minorem excommunicationem incurrerunt agere

Excommu-  
nicati non  
minus de-  
bent vitare  
se censuram,  
quam alios.

101.

Cap. signi-  
ficauit.

cum alijs, neque ex eo capite possunt sine gravi in iuria reiici à communi coniunctu, vt patet ex dictis de effectu minoris excommunicationis.

In quibusdam casibus incurritur maior excommunicatione propter communicationem certi generis cum excommunicato, nam cap. significavit, de sententiâ excommunicationis, clericis, qui scienter, & sponte admittunt ad diuina officia excommunicatos à Papâ, incurrit maiores excommunicationem Papæ reseruata, post extravag. ad emitenda, hæc excommunicatione non incurritur, nisi quis sit nominatus denunciatus, secundò non incurritur à clericis, qui non admittunt, quamvis simul cum excommunicatis audiant diuina. quartò non incurritur ab ijs, qui ignorant excommunicationem eorum, cum quibus agunt, & quidem tanquam à Papa prouenientem, quia in textu dicitur: scienter cum excommunicatis à nobis. quintò non incurritur ab ijs, qui metu admittunt, quia texus requirit, vt sponte id faciant. imò quidam censem metum leuem ab hac excommunicatione excusare. sextò non videntur etiam incurritre ijs, qui admittunt excommunicatos solum à iure, quia textus dicit: excommunicatis à nobis, per quod designatur excommunicatione ab homine. vnde clerici admittentes ad diuina publicum clerici percutiorem, non videntur hanc censuram incurritre, si non sit per sententiam excommunicatus à Papâ.

102.

Cap. si con-  
cubina.

2. Quando alius propter certum erimen est excommunicatus, qui post sententiam latam eidem communicat, incurrit maiorem excommunicationem, vt patet cap. si concubina, de sententiâ excommunicationis. vt v. g. si excommunicetur concubina propter concubinatum, alius postmodum eâ vtens tanquam concubinâ, incurrit maiorem excommunicationem, similiter qui ad id præbet auxilium, consilium &c. vnde si quis excommunicetur propter violentas manus iniectas in clericum, & postmodum alius ad idem facinus ei præbet auxilium &c. non solum incurrit excommunicationem propter violentas manus iniectas &c. sed etiam hanc, quia dicitur incurrit, ed quod alius participet cum excommunicato in crimen criminis.

103.

Cap. Nu-  
per.

Dixi postmodum, quia textus id requirit; vnde ad hanc excommunicationem non sufficit, vt concurredat ad actum propter quem alter postmodum retinatur censura.

Aduerte, vt quis hanc excommunicationem incurrit, requiri primò, vt principalis sit nominatus excommunicatus. 2. vt alius scienter ei communicet, vt sumitur ex cap. nuper, de sententiâ excommunicationis, & tenet Henriquez lib. 13, cap. 9. Aula 2. parte cap. 6. disp. 10. dub. 3. & 4. vnde si quis non sit nominatus denunciatus, etiam si sit notiorius percursor clerici, alter postmodum ei præbens auxilium non incurrit hanc excommunicationem, quia cap. nuper, non est limitatum per Concilium Constantiense quodam præsentem casum, & proinde decisio illius cap. in eo locu habet. similiter si quis nesciens excommunicationem cum eo participet in crimen, hanc excommunicationem non incurrit.

Porro qui excommunicantur propter communicationem in crimen criminoso, non possunt ab alio absolu quâm ab eo, qui excommunicavit, vel eius superiorc, vt cap. nuper, citato; quia, vt ibidem dicitur, videtur in eum delinquare, qui damnauit. vnde in eo ita illi subiicitur, vt proprius Episco-

pus non possit absoluere à tali excommunicatione, si forte sit a iuersus ab eo qui excommunicauit.

Petitur vero, à quo sit absoluendus Episcopus, qui postquam excommunicauit incendiarium, communicat cum eo in crimen criminoso? ratio dubitandi est, quod talis incendiarius à solo Papa possit absolu, nam excommunicatione lata etiam ab inferiori in incendiarium reseruatur Pontifici.

Aliqui censem eum à Papa debere absolu, vtrum id non colligitur ex iure, vt patet cap. nuper, cit. vnde

Dico posse absolu ab Archiepiscopo, & Episcopum, qui excommunicauit posse absoluere alios, qui cum incendiario communicarunt in crimen damnato post excommunicationem. quamvis enim principalis excommunicatione reseruatur Papæ, ex nullo iure habetur quod eidem reseruatur excommunicatione participantium cum illo.

Propter actus exercitios in excommunicatione, clerici interdum incurrit irregularitate, vt alibi dicetur. quibusdam excommunicationibus particularibus alia pena sunt annexa, preterea si excommunicatus per annum insufescat in censurâ, potest contra eum procedi tanquam de hæsi suspectum, vt Trident. sess. 25. cap. 3. de reformatione.

His explicatis de effectibus excommunicationis, restat explicandum, quinam excommunicati vi censuræ sint vitandi, cuius rei cognitio necessaria est pro notitia eorum, quæ in varijs dubijs diximus. itaque

## D V B I V M XVI.

Quinam vi censuræ Ecclesiastice  
sint vitandi?

**N**O TANDVM olim quilibet publicum excommunicatum debuisse publicè vitari, quantumvis non esset denunciatus, occultum videretur priuatim, quamvis non publicè videretur potest cap. cum non ab homine, & sententiâ excommunicationis. vnde si quis olim priuatim fecerit aliquem excommunicatum, tenebatur priuatim illum eutare, quamvis posset, publicè cum eo conueneri.

Postmodum quædam moderatio est adhibita per cōstitutionem, qua incipit *Ad emitenda*, quæ passim referunt Doctores eis Antonino & patre Henrico, 22. cap. 6 §. 4. sic autem habet *Ad emitendas* *caudala*, & multa pericula, quæ conscientiis timoratis contingere possunt, Christi fidelibus tenore præsentum misericorditer indulgimus, quod nemo deinceps à communione alienius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscumque dimis, vel extra, prætextu eiuscumque sententiâ, aut censori Ecclesiasticae inire, vel ab homine generaliter promulgata teneatur diffidere, vel aliquem vitare, aut interdicere Ecclesiasticon obsernare, nisi sententia, vel censura huiusmodi fuerit in contraria sententia, vel contra personam, vel collegium, vel universitatem, Ecclesiam, vel locum certum, vel certam terram à iudeo publicata, vel denunciata specialiter, & expressè, cōstitutionibus Apostolicis, & alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, salvo si quem præcilegat manum iniectione in clericum sententiam latam & canone adeo notoriè constituit incurrisse, quod factum

Henriquez.  
Aula.  
Excommu-  
nicatio  
propter co-  
muni-  
cationem in cri-  
mine cri-

non posse aliquam tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari, nam à communione aliis, licet denunciatus non fuerit, volumus ablineri iuxta canonicas sanctiones, itaque iuxta prædictam extram, solùm teneatur vitare duo genera excommunicatorum, scilicet specialiter denunciatum, & notorium clericorum per cursum, quem tenemur vitare etiam ante denuntiationem, quando factum non potest villa tergiversatione celari, vel illo suffragio excusari.

In Concil. Basileensis statuitur, vt evitetur omnis notorius excommunicatus, vt videri potest s. 20.

Controuerunt autem Doctores, utrius constitutioni sit adhærendum, varijs censent adhærendū constitutioni Concil. Basileensis, tum quia illud est posterius, & in hac parte receptum à Concil. Lateranensi sub Leone decimo s. 11. §. statutum quoque sit etiam confirmatum à Nicolaus 5. ut patet ex eius bullā: tum quia constat de eo decreto, non autem de altero, quod dicitur Concil. Constantiensis, quod non inuenitur in actis eiusdem Concilij, his subscribit Vasquez dub. 2. de excommunicatione num. 8. si agatur de rigore iuris, sentiens illud decretum esse editum, antequam Concilium schismaticum.

Alijs videtur adhærendum esse Constitutionem, prout refertur ab Antonino, scilicet cum illa limitatione notorii per cursum clericorum, quod est omnino verius, etiam stando in rigore iuris, quia omnino verius illam editam à Martino 5. in Cōc. Constantiensi, vel saltem ab eo approbatam, & proinde esse legitimam: Concil. autem Basileense quando edidit sanctiōnem, erat illegitimum, vt constat, cum incepit esse illegitimum in s. 4. ergo ex eo capite vim non habet: non habet etiam vim quod à Pontificibus hac in parte fuerit approbatum, quia verè nunquam fuit cā in parte confirmatum, nam Nicolaus 5. in bullā, quā ponitur post prædictum Concilium, tantum confirmavit quadam illius decreta concernentia prouisiones beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ potius ad factum pertinebant, quā ad ius: nullum etiam pro cā subdīsum petitur ex Concil. Lateranensi loco cit. cūm quæ eo loco constituuntur, solam Galliam resipiant, non verò totam Ecclesiā, vnde non faciunt ius vniuersale, non iuunt etiam Concil. Bituricense, in quo constitutio Concil. Basileensis videtur confirmata, quia & illud fuit particulare, & reprobatum. Quidquid verò sit de rigore iuris, constat constitutionem, prout refertur ab Antonino, esse ipso vnu receptam, & proinde nō posse sentire illi adhædere.

Vnde sequitur ad hoc, vt teneatur aliquem evitare vi censuræ, non sufficere, vt sciatur commissio in legem, vel contra præceptum ei particulare impositum sub pena excommunicationis eo ipso incurriendæ, sed requiri vt post conditionem impletam, & commissum peccatum, censura per sententiam expressam & specialem contra illū in particulare sit publicata, seu denunciata. (nam pro idem accipio quod dicitur publicata, vel denunciata) v. g. ad hoc vt teneatur vitare Ioannem excommunicatum, requiri, vt sit ita denunciatus, & vt ita exprimatur, vt de persona non licet dubitare, quod sit nominando nomine proprio, vel ita describendo per officium vt intelligatur hæc singularis persona: vt, excommunico Decanum talis loci, prætorem talis ciuitatis. & quanvis ita denunciatus sit vitandus, si tamen in sententia ad-

iungantur alij sub terminis generalibus, v. g. dicens & eius complices, si non erunt vitandi quāvis alijs sint noti, quia sententia, quareatus eos respicit, non est specialis in certam personam, sed solū generalis, opus ergo erit etiam eos nominatim, expressè, & specialiter denunciare.

Præterea, vt quis sit evitandus, non sufficere sententiam scriptam esse, vel etiam priuatum à iudice prolatam, sed debet iuxta morem regionis iudicem promulgari, v. g. loco aliquo celebri legi, vel affigi, ita vt censetur esse publica. vnde licet aliquis sententiam contra aliquem, imo scriptam, sibiique traditam ad publicandum, non tenetur eum ante publicationem evitare.

Cum verò haec promulgatio sententia sit actus iurisdictionis in foro contentioso, constat eam debere fieri à legitimo iudice, cuius potestas non sit impedita, vnde si iudex excommunicatus, suspensus ad officium, promulget excommunicationem alterius, non propterea is erit vitandus, quia suspenditur eius iurisdictionis in foro etiam externo, & licet aliquis sit toleratus, alter tamen potest illum declinare, & impedire, ne iuridicē declareret, idem dicendum de vicario illius, quando delegans re integrā excommunicatur, vel suspenditur ab officio.

Ex his patet, quod licet parochi declarant aliquem etiam in particulari incidisse in excommunicationem, is non sit propterea vitandus, nisi specialiter sint ad hoc delegati à legitimo iudice, quia parochus ex generali ratione officij pastoris non habet iurisdictionem in foro exteriori, & proinde non potest validè exercere actus talis iurisdictionis, ex quo ferri potest iudicium, num sit vitandus excommunicatus (si quo in loco excommunicatur) quem pastor declarat excommunicatum, nisi sufficienter doceat se ad id peculiarem habere commissiōnem, & non facere ex solo pastorali officio.

Adverte variorum sententiā, quando alicuius criminis annexa est censura ipso factō sufficere, vt ipsum crimen iuridicē dentitetur, nam per sententiam declaratoriam criminis sufficienter declaratur censura, cum ideo potissimum declaretur crimen, vt censura indubitate annexa censetur declarata, hæc criminis declaratio debet similiter fieri à legitimo iudice non impedito.

Dicta de excommunicatione sunt etiam intelligenda de alijs censuris, vt patet ex extrau. cit. vnde suspensus non est vitandus in eo in quo suspensus est, antequam nominatio denunciatur modo explicato.

Idem dicendum de alijs sententijs, vt patet ex constitutione, vnde non prohibemur audire Misericordiam concubinarij non denunciatis nominatis.

Nominatum excommunicatus iuxta supradictam explicationem est ubique vitandus, vt in superioribus diximus, non est tamen improbatum, quod si is aliō se transferat, vbi censura passim ignoretur, is qui nouit censuram, non teneatur illum vitare. Aula quidem concedit de communicatione publica, in quā sentit non posse vitari; assertum debet vitari in occulto. videri potest 2. parte cap. 6. dīsp. 11. dub. 12.

Alij censent etiam in publico vitandum, quantum scilicet fieri potest sine vñlā eius notā, sed quod diximus est probabile, etiam de communicatione occultā, videri potest idem Aula dub. cit. s. vñlā quādam, & plures citati ab Henrique lib. 15. cap. 6. in commentario litera C.

115. Vt tenetur vitare excommunicationem, sufficit publica fama quod aliqui sunt denunciati, vel quod percussio sit notoria, item quod aliqui fide digni id afferant, postquam vero scimus illos vitandos, non possimus cum illis communicare nisi moraliter nobis constet de absolutione. De ea autem constare potest, si quis fide dignus id nobis referat, si ceteri, qui prius vitabant excommunicatum, eundem amplius non vident, si ipse excommunicatus, qui seruabat censuram, eam amplius non seruet, sed incipiat cum aliis communicare, si ipse alii digni fide afferat se absolutum a censura.

Can. si quis suadere ait abolo. In secunda parte extraugantis comprehenduntur is, qui contra canonem: si quis suadente diabolo, injicit manus violentas in personam gaudentem privilegio canonis, qui vitandus est ante omnem sententiam criminis, vel censura declaratoriam, quando notoriè constiterit incidisse in sententiam latam a canone. vbi

116. Coroll. Notandum 1. non sufficere, ut crimen sit famosum, seu, ut tantum sit fama quod aliquis incurrit in excommunicationem latam a canone, sed requiritur notorium ex facti evidentiâ, ut patet ex verbis Extraug. vnde oportet, ut aliqui viderint injici manus violentas in eum, qui gaudet privilegio Canonis, & quidem si multi sint qui factum viderint, excommunicatus tam priuatim, quam publicè statim erit vitandus, quia eo casu factum dicitur notorium. idem dicendum si ex modo quo factum est commissum, moraliter paulo post sit futurum publicum, ut si quis in meridie in publicâ plateâ, vel celebri alio loco sacerdotem occiderit, vel ei alapam impegerit, ita ut spectatis hominum moribus res sit statim diuulganda, qui viderunt, licet forte non ita multi fuerint, tenentur statim euitare, etiam antequam actu euulgetur, quia in tali circumstantia potest nihilominus moraliter dici notorium & publicum; quod si non sint ita multi, iisque rem cent, non erit vitandus saltem publicè, quando factum ex modo, quo committitur, non potest esse publicum, si diuulgent, & si sint, quibus merito credi debeat, vitandus erit publicè, quia factum hac ratione fieri potest notorium. quot vero eo casu requirantur testes, varijs variè definiti, sed res videtur prudentis iudicio expendenda spectatis circumstantijs loci, qualitatibus testium, & alijs.

117. 118. Dubium in cedens. Sed quid si res coram paucis contigerit, qui eam cent, ita ut non sit publica, tenenturne iij priuatim vitare: affirmant aliqui, quia eo casu illis notorium est, quod percutiens incidit in canonem, que sententia est valde probabilis, quia tenet Suarez. disp. 9. sect. 1. n. 12. non tam est improbabile quod non teneantur vitare, ut etiam assertit Suarez ibidem, & tenet Aula 2. parte cap. 6. disp. 2. dub. 4. \$ secundum sequitur, quia licet factum sit illis notorium, non tamen est absolute notorium, de quo notorio canon non incommode potest intelligi.

119. Notandum 2. ad hoc, ut teneamur taliter vitare, non sufficere ut notoriè constet de facto, sed insuper requiri ut non possit probabile ratione excusari. vnde licet constaret etiam ex propriâ alicuius confessione, quod clericum percussisset, si tamen dicat se id fecisse in sui defensionem, vel nesciisse fuisse clericum, eò quod habitum clericalem non deferret, vel se percussisse ioco, vel ex subito motu inaduentu &c. non est vitandus, cum ad hoc, ut teneamur euitare clerici percussorem, extraugans requirat ut factum nullâ tergiuersatio-

ne celari possit, nec aliquo suffragio exculari, scilicet probabili, quod prudenti iudicio excommunicationem dubiam reddat, & incertam.

Notandum 3. quod diximus de alijs excommunicatis vitandis, etiam his applicari, scilicet notorum clerici percussorem ubique vitandum, nisi forte eò se transferat, vbi passim ignoretur eius excommunicatio.

Potes, an vitandi sint ante sententiam declaratoriam ij, quos constat consuluisse alteri percussonem clerici, quando effectus est secutus de quo publicè constat, & de consilio videri possit quod non, quia talis propriè nō inicit manus violentas in clericum ut satis patet, & nisi accessissent alia quibus excommunicatur, vi constitutionis, si quis suadente diabolo, non esset excommunicatus, igitur non videtur comprehendendi in predicâ restrictione 2. quotquot hanc partem explicat, semper agunt de percusso clejici. 3. hæc pars restringit fauorem priori parte concessam, & proinde tamen odiofa est restringenda, quantum verborum proprietatis patitur, cum ergo consules percuti clericum in verborum proprietate non dicatur violentas manus in illum iniurere, non videtur vitandus ante sententiam, licet de eius consilio publicè constet, etiam effectu secuto. ex quo sequitur id dicendum de mādante, prebente fauorem hæc disputando dicta sint, iudicium aliis relinquendo.

Notandum per extrau. citatam nullum fauorem praefari ipsis irretitis censurâ, quod expresse ponitur in decreto Conc. Basilensis loco cit. & ab omnibus eâ in parte receptum est, vnde excommunicati tolerari non possunt se alii ingerere, si tamen requisiti ab aliis cum iisdem communicent non peccant, ut sèpsum suprâ diximus, at quo inutile esset priuilegium fidelibus concessum, ut discutenti patet.

## D V B I V M XVII.

Vtrum sint aliqua causa excusantes a peccato & censura communicantes cum excommunicato non tolerato?

R E s p. esse 1. constat ignorantiam inuidicibilem censurâ excusare, item inuidicibilem ignorantiam iuris constitutens excommunicatum esse vitandum. vnde qui communicat cum aliquo ignorans illum esse denunciatum non peccat, nec similiter peccat, is, qui scit quidem illum denunciatum, ignorat tamen ius decernens denunciatum vitandum, imò nec peccat is, qui adhuc moraliter diligentiâ non potest scire, num aliquis sit denunciatus, quia cum iuxta fauorem concessum per extrau. Ad cuius andam possit cōmunicare cum excommunicato non denunciato, in dubio quod moraliter tollere nō potest, non tenetur sibi onus imponere, & sese primare illo fauore in cuius est possessione.

2. Excusat necessitas tam excommunicatum si cum aliis cōuerteretur, quam alios, si agant cum eodem. haec autem necessitas latè patet, nam qui patitur extremam, vel gravem corporalem egreditur, potest petere, & accipere elemosynam ab excommunicato non tolerato, similiter ipse excommunicatus non toleratus patiens huiusmodi egreditur, potest ab aliis elemosynam accipere, imò licet non sit tanta egreditas, sed aliqua moralis, cui aliunde non possit commodè occurri. præterea medicus etiam nominat excommunicatus potest.

test assistere alteri excommunicato eius operā indigent in defectum alterius. ad hæc si ad damnum vitandum necesse sit continuare contractum, quem excommunicatus non vult reseindere, potest alter in eo perseuerare.

Idem dicendum de excommunicato, si alter non velit reseindere. Addo quod per particulam, utile, posse aliquis in tali contractu perseuerare, si plenum eius inter sit in eo permanere. nullo etiam modo peccat, qui per vim cogitur ab excommunicato cum eodem agere, et si quis vi detinatur in templo ab excommunicato, vel cum excommunicato, vel ipse excommunicatus cum aliis. quo casu videtur posse adorare Eucharistiam & audire diuina officia, cum sit nimis rigidum tam astringere, ut patiatur solam præsentiam localem. Necesitas vitandi infamiam sufficienter etiam excusat excommunicatum a peccato cum aliis agentem, v.g. si excommunicatus occulitus non possit absque nota abesse a diuinis officiis, non possit celare a sacro faciendo, vel certis diebus a communione. unde religiosus, qui ex statuto vel ex confutidine ordinis non potest absque nota certis diebus abstine a communione, vel facio faciendo, si non possit prius absolu a censurā eod quod v.g. sit referuata, potest celebrare, nec propterea incurrit irregularitatem.

Controvenerunt Doctores de metu nū scilicet excusat a peccato, & censurā eum, qui ex metu communicat cum excommunicato. aliqui absolute negant propter cap. sacris, de iis, qua vi, metusve causā sunt, vbi dicitur quod licet metus attenuet culpam: quia tamen non eam proflus excludit, qui ex operatur; excommunicationis labo inquietur.

Alij dicunt excusare in humanis, non autem in diuinis. Caiet. in summa, verbo, participatio cum excommunicatis in fine.

Denique alij absolute censent grauem metum excusare tam a peccato, quam a censurā conuersantem cum excommunicato non tolerato, quando scilicet metus non incutitur in contemptum religionis. Toletus lib. i. cap. 11. §. aduertendum tam, & alii. quæ sententia videtur probabilior. nam constat metum grauem sepius excusare ab observatione legis humanæ, cum lex humana non censuratur communiter cum tanto rigore obligare; non est autem, quod specialiter dicamus legem ferentem censuram peculiariter obligare cum tanto grauamine ad sui observationem. unde omnino verius est, quod quando aliquis adigit metu graui ad celebrandum in præsenti excommunicati non tolerati, non peccet, nec propterea vilam censuram incurrit. vt si Dominus alicuius &c. excommunicatus ad id adigit inculsum mortis metu, quia die Dominicæ vult sacro interesse idem dicendum, si ipse excommunicatus consimili metu adigitur ad celebrandum.

Ad cap. sacris cit. Rely. metum, de quo ibi agit. Pontifex, non excusare a censurā, quia non excusat a peccato mortali, vt ibidem supponit: constat autem non omnem actionem, quæ ex metu fit materialiter contra legem, continere peccatum mortale. igitur ex eo capite dici non potest, quod semper incurrit censura propter communicationem cum excommunicato ex metu. in casu ergo capituli Pontifex videtur agere de metu leui, qui nec excusat a peccato, nec a censurā. Tol. supr. vel certe agit de eo, qui ex metu communicat cum excommunicato in crimen criminoso.

3. Excusat utilitas, scilicet ipsius excommunicati, vel alterius. vnde licet dare consilium excommunicato, & hortari ad petendam absolutionem. quo casu non peccatur; quamus misceantur urbanitas verba, vel aliter capetur benevolentia. videri potest cap. cùm roblitate, de sententiā excommunicationis. Licet ad eundem in il-

lum finem scribere etiam positā confutā salutatione. licet ab eodem consilium petere tam quod ad spiritualia, quam quod temporalia, quando non est alius, qui æquè utiliter possit consulere, in quo tamen fraus est cauenda. licet coram excommunicato concionari, cum eodem concioni interelle, quia cap. responsi, de sententiā excommunicationis, permittitur excommunicato interesse concioni. non licet tamen audire concionem excommunicati non tolerati, nisi in defectum alterius æquè utilis. potest quis recipere legatum sibi reliquit ab excommunicato non tolerato, potest ab eodem in, vel extra iudicium debitum petere. tenetur etiam quis eidem petenti debitum reddere: nam per excommunicationem non perdit ius petendi, vt varij. aliqui addunt quod licet eius letiōnem audire; sed id non videtur probabile, nisi desit alius utilis, & lectio sit utilis auditori.

4. Lex matrimonij excusat vxorem, quæ potest marito excommunicato etiam denunciato reddere debitum coniugali, imo potest ab eodem petere, quia propter alterius excommunicationem non priuatur iure suo. potest cum eodem versari in eadem mensa, orationibus &c. videri potest canon, quoniam multos, n. quæst. 3. dubitanti vero aliqui de marito, an scilicet possit agere cum yxo- re excommunicatā denunciata.

Negant varij, sed alii probabiliter afferunt non solum quod debiti coniugalis redditionem, vel petitionem, sed etiam quod alia, verbi gratia, mensa &c. ita vt non peccet contra centuram, quia ius disponens de uxore videtur etiam disponere de socio propter periculum, & præsternit in materia favorabili. quamus enim vir tanquam caput debeat uxorem corripere: durissimum tamē est illi, vel se ab eā separare, vel cohabitādo non posse cum eadem agere. potest etiam maritus excommunicatus debitum ab uxore petere, vt tenent varij, quos citat, & sequitur Suarez dīp. 15. fect. 4. numer. 9. quia Ecclesia non videtur eum hāc in parte priuare iure alijs ei competenti.

5. Excusat humile, id est, qui in humilitate alii sunt subditi, possunt eidem etiam denunciato communicare, vt filii parenti possunt communicare in omnibus, quod etiam de filiis emancipatis dicendum. quia canon quoniam multos, citatus absolute concedit hanc facultatem liberis respectu parentis, ergo non debemus restringere ad non emancipatos, cum in aliis remaneat naturalis subiectio.

Similiter serui, famuli, ancillæ possunt communicare cum Domino, can. citat. dum eorum auxilio Dominus crimen non perpetret. quod dicitur de famulis &c. intelligitur de iis, qui ante excommunicationem erant in servitio. nisi enim necessitas, vel notabilis utilitas aliud dicet, non potest aliquis incipere famulari excommunicato antea denuntiato. religiosus non videtur posse communicare cum Prelato excommunicato denunciato præcisè spectando titulum Prelati, cum Prelatus eo casu priuetur visu iurisdictionis, ratione cuius subditi ei communicabant.

124. Texta can-  
ta.

Cap. cum  
voluntate.

Cap. respon-  
so.

125.

Quarta  
causa.

Can. quo-  
niam multos.

Difficultas.  
Negantia  
quorundam  
responsi.  
Aliorū af-  
firmatiua  
cuam pro-  
babilis.

Suarez.

126.

Quinta  
causa.

Sed an possit pater communicare cum filio excommunicato denunciato, Dominus cum seruo, prælatus religioso afferunt aliqui, quod propter Doctorum authoritatem est practicè securum, speculatiuè tamen est minus probabile respectu serui seposito titulo necessitatis, vel utilitatis.

Causa excusantes solent his verbis comprehendendi.

*Vile, lex, humile, resignata, necesse.*

### QVÆSTIO III.

#### De suspensione.

##### DVBIVM I.

###### De natura, & causis suspensionis.

1.  
Suspensio  
dupliciter  
sumitur.

2.  
Quid sus-  
pensio, cen-  
sura.

Sub Eccle-  
siastica per-  
sonâ com-  
prehendit  
Abba-  
tissâ.  
Henriquez  
Saar.

3.  
Cap. quia  
periculorū.

**N**OMEN suspensionis interdum latè sumitur pro omni prohibitione, & separatione ab exercitio potestatis, sive sacerdotalis, sive Ecclesiastica, interdum verò strictius pro quadam censurâ Ecclesiastica, de qua in praesenti questione agendum.

Est ergo suspensio, de qua agimus, censura Ecclesiastica per quam persona Ecclesiastica impeditur, ne functiones ecclesiasticas exerceat, vel utatur potestate Ecclesiastica, ex quo facilè patere potest discrimen inter excommunicationem, & suspensionem; quamvis enim excommunicatione maior habeat omnes effectus suspensionis materialiter loquendo, differunt nihilominus inter se, quod excommunicatio priuict aliquibus, ut sunt bona quædam communia, quibus fideles inter se communicant: suspensio vero priuict isdem, ut sunt usus Ecclesiastica potestatis, comprehendo potestatem prouenientem ex officio, & beneficio.

Ex eo quod suspensio sit censura, ab ea excluditur, quidquid excluditur à ratione censura, ut degradatio, depositio, per quam homo in perpetuum suspenditur ab officio.

Ex predictâ definitione patet, quæ sit causa materialis & subiectum quod potest affici censurâ suspensionis:

Constat enim esse solam personam Ecclesiasticam, quia per suspensionem impeditur usus Ecclesiastica potestatis, quin non potest competere laico, sub personâ Ecclesiastica comprehendit Abbatissam, seu eam posse suspendi docent Henriquez lib. 13, cap. 31. num. 2. Suarez disp. 30. sect. 1. num. 2. addit Henriquez num. cit. regularem etiam carentem primâ tonsurâ posse suspendi, quod repetit cap. 34. num. 2. sub personâ Ecclesiastica comprehendit etiam Ecclesiasticam communitatem, n.m., ut patet ex cap. vnico, ne sede vacante §. 1. in 6. Capitulum potest suspendi à functionibus sibi tanquam vni corpori competentibus v.g. à collatione beneficiorum.

Aduertere, ut suspendatur communitas per modum vniuersitatis corporis, non requiri ut singuli peccauerint, sed sufficere ut peccari major pars, vel superior nomine communitatibus aliquid faciens.

An præter peccatum præteritum requiratur contumacia colligi potest ex dictis q. 1. dub. 7. communis negatur, afferit tamen Suarez ibi citatus, iuxta quam sententiam, si superior aliquem suspendat propter nudum peccatum præteritum, is transgrediens etiam in functionibus ordinis, non videtur teneri se habere tanquam irregularem; quia non est transgressus censuram, sed simplex præceptum. cum iuxta illam sententiam suspensione habeat rationem simplicis pœnæ, & prohibitionis. quamvis de irregularitate contrarium sentiat Suarez variis locis.

Ex his patet quando quis absque sua culpa prohibetur exercere aliquam functionem Ecclesiasticam, verbi gratia, cum quis prohibetur celebrare

absolutè conceditur dignitati Episcopali. Confit. iuxta Doctores per illud præiugium Episcopus non censetur suspendi à beneficio. vide. ri potest glossa cap. cit. verbo, officij.

Dices ratio canonis non habet locum in non consecratis: nimur quia periculosis est Episcopos suspendi propter executionem Pontificalis officij, quod frequenter incumbit.

Resp. id non referte, quia eo non obstante fauor absolutè conceditur Episcopali dignitati; ut autem aliquis gaudeat præiugio absolutè concessu, non requiritur ut ratio motu in quovis particulari reperiatur.

Censuram suspensionis ferre potest quisquis habet iurisdictionem Ecclesiasticam ordinariam, vel delegatam in foro contentioso, non impediat. vide. possunt dubium 4. & s. q. 1. & quibus dicta sunt hæc possunt applicari.

Vtrum excommunicatus, vel suspensus ab officio toleratus validè possint in aliquem ferre sententiam suspensionis videri potest q. cit. dub. 7. sub finem, iunctis iis quæ diximus ex Suarez q. præcedenti dub. 12. si enim ad hoc, ut censura suspensionis sit valida, requiratur concumacia, quæ contumacia non intenetur respectu eius, qui est excommunicatus, vel suspensus quantumvis toleratus, cum inferior non teneatur illi communicare, & eius præcepto parere, sequitur quod non possit validè suspendere, imo idem videtur dicendum, licet sufficiat peccatum præterit ut feratur censura suspensionis, quia ipsa latio censuræ est exercitium iurisdictionis coæctivæ, cui alij non tenentur in nostro casu se subdere, & non tenentur in suum grauamen ei communicare.

Ex eo quod ad ferendam censuram suspensionis requiratur iurisdictione in foro contentioso, patet quando confessarius impedit seu prohibet facto confitenti, ne aliquanto tempore celebret, non ferre censuram, sed esse simplex præceptum.

Causa propter quam ferretur suspensio est peccatum exterrit, ut dictum est q. 1. dub. 6. & quidem debet esse confunditum iuxta modum, quo in iure, vel sententiâ exprimitur, ut ibidem dictum.

Grauus suspensio non nisi propter mortale infligitur, leuior propter veniale potest ferri, ut varijs Doctores. Caiet. in summâ, verbo *suspensio* Henriquez lib. 13. cap. 34. num. 1. Saturus lib. 4. thesauri casuum cap. 1. num. 19. qui plures citant, tamen nunquam incurri suspensionem iu-  
ratam nisi propter mortale.

Aduertere, ut suspendatur communitas per modum vniuersitatis corporis, non requiri ut singuli peccauerint, sed sufficere ut peccari major pars, vel superior nomine communitatibus aliquid faciens.

An præter peccatum præteritum requiratur contumacia colligi potest ex dictis q. 1. dub. 7. communis negatur, afferit tamen Suarez ibi citatus, iuxta quam sententiam, si superior aliquem suspendat propter nudum peccatum præteritum, is transgrediens etiam in functionibus ordinis, non videtur teneri se habere tanquam irregularem; quia non est transgressus censuram, sed simplex præceptum. cum iuxta illam sententiam suspensione habeat rationem simplicis pœnæ, & prohibitionis. quamvis de irregularitate contrarium sentiat Suarez variis locis.

Ex his patet quando quis absque sua culpa prohibetur exercere aliquam functionem Ecclesiasticam, verbi gratia, cum quis prohibetur celebrare

Obiectio

Ref. Vi quis  
Gaudet  
præiugio  
ab officio  
e officio, p  
debet rati  
mōnūs in  
quoniam  
tūmūs in  
penni

Caiet.  
Henriq.  
Satur.

6.

Con  
fessio  
dicitur